Notandũ est ꝑmo q̄ fm Arest. in. v. metaph̃. aliq̄ dicuntur eadẽ q̄druplicit. Pꝛio ꝓportiõe. s. q̄ int̃ se habẽt q̄ndã analogiã z ꝓportionẽ siue conuenientiã vt res diuersoꝝ pdicamẽtoꝝ. qm̄ pdicamẽta habẽt int̃ se q̄n/ dã ꝓportionẽ. vt q: dicũr de suis inferiorib⁹ z sunt genera generalissima. Ex emplũ recto: vniuersitaꝫ z recto: nauis sũt ẽde ꝓportiõe. Itẽ hõ z asin⁹ imo q̄libz res ẽ eadẽ alia ꝓportiõe qm̄ secũ conuenit in esse. Ille tm̄ mod⁹ est remo/ tissim⁹ identitatiꝫ. Scõdo aliq̄ dicunt eadẽ genere. s. q̄ significant ꝑ vnũ genus pdicamẽtale vt oẽs species: vt hõ z asinus dicũr eẽ ydem. silr albũ z nigruz qm̄ sunt sub colore. Tercio aliq̄ dicunt eadẽ specie q̄ significant ꝑ eandẽ spe/ ciẽ specialissimã. z h̃ duplicit. scz specie essentiali siue substãtiali. z specie acci dẽtali. Exẽplũ. oẽs homines dicunt ydem specie essentiali. Itẽ oia alba dicunt eiusdẽ speciei. silr oẽs bauari ꝛc. Quarto aliq̄ dicũr eadẽ nũero. s. q̄ⁿ matia hec demõstrata est eadẽ. id ẽ q̄ habẽt eadẽ materiã in nũero. vt mar⁹ tull⁹ z cicero. silr paul⁹ et h̃ risibile demõstrãdo paulũ. Et ista idẽtitas nũeralis est matia idẽtitas fm Arest. j. thopic. q: ista sꝑ ꝓsupponit alias tres et non ecõtra. qm̄ q̄ sunt eadẽ nũero sunt etiã eadẽ specie z genere z nõ ecõtra. z ista q̄ sunt eadẽ specie etiã sunt eadẽ genere sz nõ ecõtra. Est tm̄ sciendũ q̄ aliq̄d dr̃ manere idẽ in nũero ꝓ diuersa tpa trib⁹ modis. Pꝛio large. s. cu⁹ dispositi/ tiões accidẽtales nõ sunt notabiles variate. vt idẽ danubi⁹ currit ꝓ bauariã q̄ currebat añ viginti annos. silr idẽ est equ⁹ in stabulo q̄ fuit ante sex dies. Et oppositio illud dr̃ sibi diuersũ cui⁹ dispositiões notabiles sunt variate: vt Seneca in q̄da epla. Neo est idẽ in senectute q̄ fuit in iuuẽtute. Silr ẽ petro infirmo dicam⁹. nõ est idẽ petr⁹ q̄ fuit añ q̄tuor ebdomadas. Iste g̃ modus idẽtitatiꝫ est inuent⁹ ꝑ laicos vt cõis modus loq̃ndi saluet. Scõdo aliq̄d dr̃ idẽ in nũero ꝑe. s. cui⁹ ps ꝑncipalior. id ẽ forma substalis est eadẽ q̄ fuit ante vt sortes ẽ idẽ hodie q̄ fuit heri: qm̄ alia sua nõ est variata. z h̃ vult ꝓmetator vi. phisicoꝝ. cũ inq̃t. Idẽ in rei ritate est idẽ fm formã. forma em̃ substal hois nõ variat cũ sit indiuisibil. Sz et oppositio illo dr̃ sibi diuersum fm diuersa tpa cui⁹ ps ꝑncipalior scz forma substãtialis essentialit est variata. vt Bru nellus iuuenis nõ est idẽ cũ brunello senior. licz sit idẽ asin⁹ m̃ ei⁹ forma eq̄ est diuisibil est mutata z augmẽtata. Tercio ꝓpriissime. s. q̄ fm scipm non est variatũ essentialit. vt oẽ indiuisibile: vt deꝰ angel⁹ alia intellectiua silr ce lũ. Illud ẽo dr̃ sibi diuersũ q̄ substãtialit est variatũ. vt oẽ q̄ ẽ sub ꝓcauo orbis lune elemẽtũ z elemẽtatũ. qm̄ in aiali ẽ ꝓtinu⁹ fluxus z refluxus ptiuz ꝑmo de genera. Seneca. Nemo nostꝝ est mane q̄ fuit ꝑdie. Et Job loq̃ns de hoie ait. Et nũq̄ in eodẽ statu ꝑmanet. Et sapiẽs. Nihil ẽ stabile sub sole

Notãdũ scõdo ꝓ intellectu ꝓdictoꝝ z materie idẽtitatis posz set occurrere maxima difficultas. scz. An indiuiduũ debeat dici vnũ z idem in nũero ex idẽtitate forme aut matie aut vtriusq̄. Q. nõ sufficiat idẽtitas forme ꝑ hoc sic. q: tũc man⁹ z pes essent idẽ q: habẽt eandẽ formã in numo/

ro. scz aiam intellectiuā. Itē ad variatōez ptis materie seqtur variatio totī
matie. sz ad variatōem matie sequit variatio totī ꝓpositi. qm̄ matia ē pars
essentiall ꝓpositi. sz ptē essentiali variata etiā variat totū. Q3 aūt matia ꝓti
nue variet patz: qr qlitates ꝑme in corpe nō stant ociose sz ꝓtinue. aut aliq̄d
fluit aut aliq̄d resoluit in ptibꝫ matie. z ꝫ fit in nutritōe alteratōe z motu lo
cali. Itē si idētitas forme sufficeret tūc nihil nutriret augmentaret vl̄ dimi
nueret. qm̄ in nutritōe fit assimilatio nutrimēti in substātiā aliti vel ei ptez
Vn̄ cū materia nō manear eadē ꝓpt ꝓtinuū fluxū et refluxū humoꝝ seqtur
qꝫ idē nō augeat qm̄ forma est indiuisibil' et sp manet inuariata. g̃ sola matia
in nutritōe variat. Q3 aūt nō sufficiat idētitas materie sic ꝓbat. qr sequeret
qꝫ infiniti hoies fuissent in sorte exquo sepissime ei materia est variata p flu
xū z refluxū ptiū. Vn̄ in vno hoie centū saluarent z infiniti dānarent. imo se
q̄ret qꝫ paul vel ali christianus nō esset baptisat. neqꝫ q̄ hodie duxiſz vro
rē cras esset in mr̄imonio. qm̄ nō esset idē hō ex materia est variata. Et sic
aia trāsibit de corpe in corp. qꝺ est ꝓra rōem z Arestotelē in. j. de aia q̄ rei
ꝑhēdit antiq̄s ꝑhos dicētes qūlibet aiam qōlibz corp ingredi. Ergo nō
sufficit idētitas matie qm̄ ipa i idiuiduis n̄ pōt manere eadē ꝓpt ꝓtinuā re
solutōem suaꝝ ptiū. Propt̄ illas fortes ratōes rn̄dem ad istā difficultatem.
Ad ꝫ vt ind iuiduū sit z denoiet vnū z idē i nūero licz forme substātialis idē
titas necessario z pl reqrat cꝫ idētitas materie: tn̄ absolute n̄ sufficit sz etiā
reqrit qꝫ ipa ꝓseruet eadem in eadē materia saltē fm ptē. scz humidū radica
le. Quelibet haꝝ ptiū ꝑbatur ex supradictis. Est tn̄ verꝫ qꝫ in indiuiduis hu
manis idētitas pōt saluari ex idētitate forme substātialis. qr forma est q̄ dat
esse rei z vnū esse. ij. de aia. Imo totū ꝓpositū accipit suā denoiatōnem a for
ma. Et soluūt rōes añ rn̄sōem qr baptism z filia nō imp̄mūt fm suos cha
racteres materie sed aie. In alijs ꝙ mixtis sic nō est. qr forma asini mutat
ad variatōem materie et sue partis.

**Conclusio. Sortes est hodie idem q̄ fuit heri large vel pro
prie.** qr sua ꝑs p̄incipalior manet eadē. s. forma substalis. Itē alias nullū no
men esset ꝓprie qualitatis. Itē ibi dicimus idētitatē vbi nō est differentia
iij. phisicoꝝ. sed sortes hodie et heri nō differt a seipo exquo drītia sumit a
forma fm oēs. sed forma est eadem hodie et heri.

**Arguitur primo. Idētitas sumit a materia. qr materia pri
ma est imutabilis. v. metaph.** Rn̄det qꝫ materia sit immutabilis a ꝓpa po
tētia qr nulli est actiuitatis ideo nō pōt seipam immutare ad aliquam trās
mutationē sed ipam trāsmutāt forma substātialis et qualitates prime

Arguitur scdo. Si etiā requireret idētitas materie seqretur
si sortes hodie fuiret cras nō esset fur et sic nō deberet suspēdi. Rn̄detur qꝫ
cōmūis mod loqndi nō ꝓsiderat trāsmutationē materie nisi maxime nota
bilē. iō appellat eū sortē hodie z cras sz eūdē. philosophi ꝙ q̄ rōem miscēt
sensibilibꝫ aliter habēt iudicare. Ipe em̄ heraclit nimis in tali mutatōe rei
rū excessit. ꝓpter qꝺ nihil vtert loqui volebat ne mentiret. sed oia mōstra
uit digitis. Sed eum reprobat Aresto. iiij. metaph.

**Arguitur tercio. Possibile est qꝫ materia ꝑma in aliq̄ mini
me trāsmutet sed maneat eadē verissime.** qr stat egꝝ nō nutrin vt sciūt medi
ci. neqꝫ plāta crescere nec resolui ꝓpt frigus extrinsecū. g̃ p̄dicta de trāsmuta

tione materie stare nō pōt. Rndet q si eger nō nutrit tūc incipit diminui. et sic materia trāsmutat q; resoluit. sed de plāta est dicendū q et ꝑ materia adh̄ huc trāsmutet q; alterat ꝑ frig⁹ extrinsecū. sed calo: ab intra resistit

Questio XII

Vtrū infinitū secūdū quod i

finitū sit nobis ignotū. Pro introductōe hui⁹ qstiōis est sciendū q Aresto. i capitulo scdo reprobat opinionē anaxagore q dixit q infinita essent pncipia rei naturalis. Et est ratō sua talis q; si infinita essent pncipia rei naturalis tūc nulla res naturalis posset cognosci. qm tūc arbitramur nos aliqd cognoscere qn ꝑfect⁹ ex qbz tantis ipm sit. set infinitū fm q infinitū est nobis ignotū. Vn dic. Si igit infinitū fm q infinitū ignotū est fm multitudinez et magnitudinē. infinitū ignotū qntū est quoddā. fm spēm aūt infinitū est qdle qddā. Pricipijs aūt existentibz infinitis z fm multitudinē z fm spēm ipossibile est que sunt ex his cognoscere. Sic em cōpositū cognoscere arbitramur cum cognoscimus ex quibz z quantis sit.

Notandū primo. licz Aresto. iij. phisico: multas ponat acceptōes et diffinitōes infiniti. vt habet infra in tercio qstiōe. xij. hic tn alie ponent sue acceptōes. Et ꝑmo ifinitū capit duplicit. Pmo cathegoreumatice. s. qn ponit se solo vel irrestrictū a pte ꝑdicati. vt cor⁹ est infinitū. imo qncū qd est se solo extremū tūc capit cathegoreumatice vt infinita sunt. z ita pōt attribui magnitudini vl multitudini. Tunc attribuit magnitudini qn additur magnitudi vel suis spēb⁹. vel qn addit termio significati extēsioez vt ifinita magnitudo nō est. infinita linea est. Infinita quātitas est. Et ita exponitur duplicit. Positiue sic. est magnitudo pedal' tripedal' et sic sine statu. h̄ mō est incōplexū sub ꝑdicamēto qntitatis z est species magnitudis. z sic ñ dat. vt ꝑbat. iij. phisico:. Priuatiue sic exponit. est magnitudo nō termiata. vel sic. est qntū nō termiatū et ita est ꝯplexū z etiā nullū tale est. Tūc ꝯo attribuitur multitudini qn addit termio significati multitudinē z nūer. vt in continuo sunt infinite ptes. ita ē incōplexū. z ponit sub multitudine in ꝑdicamento qntitatis. Et talis infinita multitudo in reb⁹ actu sepatis et extēsis non dat. qm sic exponit positiue. vt ifinita multitudo id ē duo tria qtuor z sic sine statu. Priuatiue vero. put est ꝯplexū sic exponit. est multitudo nō termiata nūeralit. Scdo mō capit sincathegoreumatice. s. qn secū habz aliqd substātiuū vt infinitū pond⁹ sortes pōt portare. et de rigore h̄ etiā fit qn ponitur a pte subiecti solitarie qm tūc ꝯfundit ꝑdicatū vt infinit⁹ est mūd⁹. Et sic pt attribui multitudini vl magnitudini: eodē mō dicēdo sicut ꝓius. Qn aūtez attribuit magnitudini tūc positiue sic exponit. Est aliqntum z qlibz maiori assignato maio⁹. z sic ista est falsa. Infinitū pond⁹ sortes pōt portare. Priuatiue sic. est aliqntū z nō tantū qn sp maio⁹. z ita ꝑdicto ꝓximo ꝓcedit. Sed qn attribuit multitudini tūc positiue sic exponit. est aliq̄ z qlibz plura. vt i qlibet ꝓtinuo sunt ifinite ptes. Priuatiue sic. est aliq̄ z nō tot qn plura z nerū dat in quolibet ꝓtinuo. Sic ꝑ sincathegoreumatice capiēdo infinitū semp est ꝯplexū. Et sp dat ad minus in ꝓtinuo qn attribuit multitudini. qn vero attribuit magnitudini tūc nō semp datur.

Notãdũ scõo. Aliq̃d cognoscit dupliciter. Primo positiue quod cognoscit secluſa oĩi negatiõe. vt q̃ hõ sit aial risibile. q̃ sit ꝓpositꝰ ex materia ⁊ forma. Scõo mõ ꝓuatiue qõ cognoscit p negatiõꝫ positiui. vt õs cõgscit q̃ nõ ẽ coꝝpꝰ. ⁊ infinitũ q̃ nõ est accidẽs. Itẽ aliq̃d cõgscit ꝑmo noticia siue cognitõe distincta siue determiata. scz qõ cõgscit p ꝓceptũ ꝓpriũ ⁊ sibi ꝓuenientẽ. vt qñ hõ cõgscit p risibilitatẽ. ⁊ de ista loq̃t Arest. vij. thopic. Ois diffinitio ẽ notioꝝ suo diffinito. qm̃ distincte ⁊ clare exꝑmit qõ ꝓfuse p diffinitũ significat. Scõo aliq̃d cognoscit ꝓgnitõe ꝓfusa. s. qõ ꝓgnoscit p ꝓceptum nõ solũ sibi ꝫ pluribꝰ ꝓuenientẽ. ⁊ ita cõgscit oĩs res mũdi sub ꝓcepto entis. ⁊ isto mõ diffinitũ est notꝝ nobis sua diffinitõe. vt ꝑbat Arest. i. ꝓemio ꝑmi huiꝰ de circulo q̃ nob est notioꝝ q̃ sua diffinitio. q̃ ꝑm ꝓmeratorẽ ibidẽ ẽ illa Circulꝰ ẽ figura sperica in cuiꝰ medio ponit ꝓũctꝰ a q̃ oĩes linee ducte ad circũferentiã sunt eq̃les. Ita etiã hac cognitõe cõgscerem⁹ infinitũ si essꝫ. scz q̃ esset coꝝpus q̃ntũ. Et debꝫ q̃stio intelligi õ infinito i magnitudie ⁊ etiã multitudine entiũ actu separatoꝝ. vt clare ex textu Arest. ptꝫ. Debꝫ etiã itelligi cõditionaliter vt grat tantũ. si essꝫ infinita magnitudo actu vl multitudo reruꝫ separatꝫ an cõgsceret distincte q̃ntũ essꝫ in lõgitudine latitudine et ꝓfundita/te. ⁊ et q̃t ꝓtib⁹ essꝫ ꝓpositũ ita q̃ ratio infinitatis intelligi possꝫ. vñ ꝑm q̃ capit specuatiue. ꝑut exꝑmit rõem infiniti ⁊ nõ reduplicatiue

Cõclusio. Si essꝫ infinitũ in actu ipm ꝑm suam ratiõem nõ posset cõgsci distincte ⁊ positiue. s. q̃ntũ esset et ex q̃bus partib⁹. et q̃t ꝓpone/ret. Probat auctr Arest. hic in textu exꝑsse illã ꝑmiam ponẽtis vt supra. Et ꝓmeratoꝝ. ij. metaph. Finitũ nõ cõprehẽdit infinitũ. sed intellectꝰ est finitus igit nõ distincte intelligit infinitũ. Rõe tali ꝑbat. Infinitũ in actu est q̃ntuꝫ nõ terminatũ. ꝑm ꝓmentatorẽ. j. phisicoꝝ. sed si intellectꝰ ipm distincte itelligeret tũc ipm mensuraret sed quantacũq̃ parte in eo assignata sp est assignabilis maioꝝ. Preterea intellectus ad intelligibile debꝫ esse ꝓportio. sed ipius ad infinitũ nulla est ꝓportio. Vnde cõmuniter due solent assignari ꝓditões infiniti i magnitudine si esset. Prima q̃ nõ posset ꝓsumi p ablatiõem q̃ntaꝝ rũcũq̃ partiũ. Scõa q̃ nõ posset determinari quantũ esset

Arguitur primo autoritate cõmentatoris in secũdo deaĩa q̃ dicit. Intellectus infinita intelligit in ꝓpositõe vniuersali. Et Arest. iij. de aia. Intellectus est q̃dãmodo oĩa. Itẽ Aresto. tradidit cognitõem de infi/nito. iij. hu. ⁊ ꝑmo celi. ergo infinitũ si esset cognoscereꝝ. Rñdet q̃ intelle/ctus intelligit infinita ⁊ oĩa ꝓfuse nõ aũt distincte. ⁊ Aresto. tradidit cognitionẽ de infinito solũ q̃ nõ sit vel in ꝓfuso

Arguit scõo. actu est infinita multitudo in q̃libꝫ continuo qm̃ est diuisibile i infinitas ꝑtes. j. iij. et. vj. phisicoꝝ. ⁊. j. celi. ⁊ tñ illõ distincte cognoscit. vt hõ asinus ⁊c. Rñdet ꝑmo q̃ nõ ẽ infinita multitudo rerũ actu separatꝝ et extẽsatꝝ licꝫ in potẽtia sic in ꝓtinuo. Scõo dr q̃ rõ illarum ꝓtiũ infinitatꝝ in ꝓtinuo nõ est distincte cognoscibilꝭ. ⁊ illud exꝑmit ꝫ signuꝫ ꝑm q̃. Et noranter dr rez extensatꝝ. q̃ ꝑm opinionẽ Arest. actu essent infinite anime. licꝫ assertiue in eo non reperiat de animabus. sed ille nullam faciunt extensionem.

Arguitur tercio. Infinitũ si esset: esset nobis notũ etiã distincte q̃ haberet duas medietates. et p ꝓsequs sub rõne duplici cognosceret.

Zē infinitū diffinit fm Arest. iij. huius. sed diffinitio distincte z clare exprimit ipaz naturā diffiniti. Rndet ad pmū q hec nō est specialz determinata ratio infiniti: imo dr q nullū sit assignabile mediū i ipo infinito. q: mediū dicit respectū ad extrema q in ipo ipossibile est repiri. Et si allegat Arest. ij. metaphi. si infinitū esset qlibet ps in eo esset mediū. dicat: q tm velit si esset infinitū rūc priuatiue ois ps essz mediū q: nō illa neq aliq. Ad sgūdū dr q solā diffinitio ifiniti est qd nois de q nō precedit argumtū sed de qditatiua. Cū g rō infiniti sit minime intelligibilis: hinc est q multi tenēt etiā supnaturalr nullū infinitū posse esse. De hoc tm latius in vltima qstione tercij phisicoz.

Questio XIII

Vtrū oia entia naturalia sint

determinata ad maximā vel minimā qntitatē. Sciendū q Arest. i cap'o. ij. vbi s. alia rone reprobat Anaxagorā q renuit infinita ee pncipia rei naturat Et est talis q corpa nō sunt cōposita ex infinitz: qm totū z ptes cōsequunt se inuicē q ad finitatē z ifinitatē: puitatē z magnitudinē. Vnde si totū est alicuius qntitatz necesse est ptes esse tāte qntitatz. sed cū totū nō sit ifinite qntitatz q: nō tangit aial vel plantā esse cuiuscūq magnitudis. g neq ptes sunt infinite. Ex illo cludit Arest. q caro os z alia hmōi nō pnt esse qntacūq fm magnitudinē. ideo hic incidit sermo de minimo z maxio fm quantitatem.

Notandū primo q ens naturale capit multis modis. Primo pro cōposita ex materia z forma vt oē elementū z elementatū vt hō aial plāta sil'r celū. Scdo pro ipa natura seu matia vt forma. Tercio pro dispositiōe siue operatiōe ipsius cōpositi q sibi cuenit rone forme substātialr vt calidras est ens naturale igni z frigiditas siue frigefacere aq. Sil'r ridere e naturale ipsi homi. Quarto pro oi illo qđ habet esse a natura et nō ab arte sicut hō: oe aial z oia vegetabilia. hoc mō pōt in pposito accipi ita vt idē sit dicere hoc est ens naturalr z hoc est ens naturale siue p naturā. Res aūt naturalis dr esse determinata ad qntitatē q: pōt attingere aliquā quātitatē et nullo mō maiorē p naturā. Ita etiā dr determinari ad minorē qntitatē q: pōt esse alicuius que qntitatz ita q naturalr nō minoris: qm si fieret minor vltra maior exiret suā speciē z corrumpet. z sic determinata valet tantum sicut limitata.

Notandū secundo, ex quo maximū et minimū sunt suplatiui ipsa pnt exponi dupliciter Affirmatiue z negatiue. Illud est maximū affirmatiue quod dr alios a se est maius. id est qđ excedit oēs alias res in magnitudie vel in alia re. et sic qlibet suplatius nō dicit nisi de vna re fm Arest. v. thopicoz. Quicqd pro supabūdantiā dr solū vni rei cuenit. Illud est maximū negatiue q nō est maius. vt si essent sex viri eqles in magnitudine q excederēt alios i magnitudie tūc qlibet eoz diceret maximus. z ita suplatius pt sil'r semel dici de multz. affirmatiue sed nō nisi de vno. Illud dicit minimū affirmatiue qđ qlibet alio a se est minus. Sed negatiue quo non est minus. Vt aūt ad ppositum flectat sermo: maximū z minimū in qntitate pnt esse in rebus dupliciter. scz de facto siue actu z i potētia. Illud dr maximū simpliciter de facto qđ oēs alias res excedit i sua qntitate z illo dato vt vltra spera. minimū sed vt corpus arbomale Scdo i potētia z dupliciter scz naturali vel simpliciter z supnaturali. Illē est maximū fm potētiā naturalē qđ habet tātā qntitatē q nō pt ee maior naturaliter. vt vltra spera. Sed illē est maximū potētia supnaturali qđ habet tātā qntitatē q etiā sup

naturaliṫ nō pōt fieri maioꝛ. et actu nullū tale est sed infinitū i q̄ntitate si eēt esset tale maximū qm eo nō posset fieri maius: exquo iplicat ꝛ tradictōnem sicut etiā implicat duo infinita in magnitudine esse simul. de hoc latꝰ in li. de celo et mūdo. Eodem mō applicandū est minimū in q̄ntitate. Cū ergo Aresto. potentiā naturalē ad res que actualiter sunt vel veriſiṫ pñt esse limitauit Est cōsequenter p intellectu ꝛclusionis inuestigandū quō in rebꝰ reperiaṫ maximū et minimū. Et ꝓmo non est dubiū quin sit vel fuerit vel futuro erit maximus hō negatiue. sed affirmatiue est dubiū ⁊ incertū. Ita etiā de minimo hoie. et sicut est de specie hūana ita est etiā in aliis speciebus animaliū. nō ꝙ in inaiatis vt plantis. Scōo terra naturaliter disposita vt estimaṫ circa centrū est minima: ita q̄ intantū est ꝛdensata si ꝛdēsaret plꝰ ipa coꝛrūperet ⁊ exiret suā spēm qm est densissima. g̃nō pōt fieri minoꝛ potentia naturali. Ita etiā ignis circa supficiē spere lune est rarissimus. ita q̄ si vlterius rarefieret coꝛrūperet ideo habet maximā quantitatē quā ſm naturā habere potest. Et si queriṫ. vnde trī ꝓuenīret ista coꝛruptio: an ab aliq̄ intrī seco vel extrinseco Est dicendū q̄ ab intrinseco. ſ. a forma substātiali que sub certa quātitate quo ad magnitudinē vel paruitatē manere potest. ⁊ nō sub maioꝛi vel minoꝛi. Extrinsecū em̄ nō causat istā coꝛruptōem. Tercio dabiliṫ est quātitas in materia magna et qua sub qua potest forma equi manere et nō sub minoꝛi vel maioꝛi. qm forma est limitata vt maneat sub certa quātitate et h̄ in actōe et potētia naturali. Quarto ois multitudo est terminata ad mūmū. ſcz numeꝝ binariū. Quīto nulla forma siue q̄litas q̄ intēdi et remitti pōt: pōt dari mīma: qꝛ est diuisibiliṫ in infinitos gradꝰ. Sexto in q̄libet specie est dabile indiuiduū q̄ nō est maiꝰ licz posset esse maiꝰ. qm̄ pōt calefieri et plꝰ rarefieri. vel pōt ꝓcuri vt tumefiāt sibi mēbra. neq̄ hoc ē ꝛ mentez Aresto. qm̄ nihil aliud vult nisi q̄ quelibz species rei naturalꝰ determinat i suis indiuiduis certā q̄ntitatē. ſ. quā. ita q̄ minus illo ꝓducere naturaliṫ non pōt. et determinat maximā q̄ntitatē ita q̄ vltra illā maius indiuiduū ꝓducere nō pōt. non obstāte quin ipm indiuiduū possit p accidens tumefieri ⁊c. Septimo naturaliṫ ſm Aresto. loq̄ndo dabile est maximū qō pōt esse. ſ. totꝰ mūdus. qꝛ naturaliṫ nō pōt esse maioꝛ. Vīn multa fiṫa dubia pñt faciliter solui p hāc distinctōez. Maximū aliqō actualiṫ est ⁊ aliō qō pōt eē. Itē maximū qō pōt eē aliud pōt esse potētia naturali: aliud potētia supnaturali. de possibili em̄ in illis inferioꝛibꝰ raro daṫ maximū licz actu.

Nota tercio, sicut maximū et minimū applicanṫ ad q̄ntitatē de q̄ in ꝓmo phisicoꝝ hic ꝓmiṫ agiṫ. ita etiā pōt applicari ad alia. Et ꝓmo vtꝝ sit dare maximā velocitatē ⁊ tarditatē. Scōo vtꝝ sit dare maximū spaciū p qō visibile pōt videri. Tercio vtꝝ sit dare maximū tps p qō aliq̄ res posset durare ita q̄ nō vltra. Quarto vtꝝ sit dabiliṫ maxima ꝛtꝰ agentꝫ naturaliṫ siue vltimata. ſm quā ipm agere possit sic q̄ nō vltra. Quīto vtrū sit dare maximā resistētiā in q̄ virtꝰ resistētis est sūma. sic q̄ si plꝰ deberet resistere ipm resistens coꝛrūperet. Et ad oia ꝓdicta rñdeaṫ affirmatiue ſm mentē Aresto. ꝓterq̄ q̄ nō daṫ maxia tarditas. ⁊ de his oibꝰ latius tractaṫ li. ō de celo et mūdo. ⁊. ij. de generatōe. Hic ꝙ solū de maximo ⁊ minimo in q̄ntitate amplectendū est Et ſm Aresto. hic in textu sit hec ꝛclusio responsaṫ.

Cōclusio. Natura in qualibet specie determiāt indiuiduis certā q̄ntitatē quā nullū indiuiduū eiusdē speciei naturaliṫ excedere potest.

et paruitatē sub q̄ nullū esse pōt mīn⁹. Hec ꝯclusio ꝓbat auctoritate Aresto hic in textu vt supra patuit. t. ij. de aia. Omnīū a natura constantiū positus est certꝰ terminꝰ augmēti t decremēti. Cōmentator hic. Caro habz in paruitate t magnitudine determinatā q̄ntitatē quā nō ptrāsit. Idē. Manifestū est ꝙ se q̄ q̄ntitas carnis est termiata magnitudie t quitate. Et. vj. phīsico ꝛ Minimū de omni generato est terminate q̄ntitatis. Ratione tali ꝓbatur q̄stio. Natura nō admittit infinitatē in suis indiuiduis neq; extensiōis diuratōis actōis vel resistētie. qm̄ nō est ꝓcessus in infinitū. vij. phīsico ꝛ. ergo in q̄ntitate actōe et passione sua indiuidua limitauit. hoc idem voluit Arest. in primo celi. pīertim de actione.

Arguitur ꝓmo. Multa sunt indiuidua in specie hūana in statu augmētatōis t diminutōis. t ista nō sunt determiata ad maxima neq; minima quantitatē qm̄ adhuc augmētant. Rñdetur q̄ oia in questione nō distribuit ꝓ singulis indiuiduis sed ꝓ specieꝫ singuloꝝ vt expressit ꝛclo. Scōo respondet q̄ omne indiuiduū est determiate q̄ntitatis quā attiget futuro et nō maiorē pīertim in longitudine. Et si querit que sit causa diuersitatis in longitudine diuersoꝝ hoim. Rñdeo saluo iudicio meliori. ratio seminalis seminū pris et matris vna cū influētia celesti. dispositio em̄ ratiōis seminalis maxima hz in ipo filio nouit genito efficaciā vt expiētia edocuit.

Arguitur scōo auctoritate Aresto. ignis augeret in infinitū si sibi adderet ꝓbustibile. q̄ nō terminat maxima quātitate. Item ponatur ignis rarissimꝰ t maximus et sibi apponat stuppa: si ipam cōburit fit maior si nō tūc agens naturale applicatū suo passō nō impeditū nō ager qō est falsum. Rñdet q̄ Arest. supponit infinita ꝓbustibilia que nō sunt. Ad aliō ōr si admittit ignis rarissimus ipe nō ꝓburet stuppā. qm̄ est determinatus in sua actōe et quātitate. vt innuit casus. et ita hab et impedimentū. q; limitationem et terminū sue quantitatis.

Arguit tercio. Nunq̄ res terminat ad minimā quantitatez q; res naturalis est ꝛtinuū. et illud est diuisibile in infinitas ptes. ij. phīsicorū. imo est diuisibile in duas medietates. sed sua medietas est minor vñ habit minus mimo. Rñdet ꝓmo q̄ q̄stio loq̄tur de rebꝫ naturalibꝫ totalibꝫ. q; ille pōt saluari sub certa quantitate ita q̄ nō sub minori. si q̄ tale minimum assignet: vt asinus bipedalis: ille si diuidit statim exit speciem t corrumpit. Unde q̄stio loquit de toto nō diuisibilitatis sed ꝑ se subsistēre. ita q̄ nō ē ꝑs alterius. Ira etiā soluit Arest. cū dicit q̄ nō sit minima magnitudo q; semp eius pars erit minor. q; ibi loquit q̄ ad diuisiōem. hic ꝙo loq̄mur q̄ ad q̄ntitatē sub q̄ indiuiduū pōt saluari sic q̄ nō sub minori vel maiori.

Sed dicercs, quō intelligit Arest. qui h̄ dicit q̄ sit dabil' minima caro cū eius medietas sit minor t dabit minꝰ mimo. Ire ipa est diuisibil'. q; si essz indiuisibil' nō essz minimū. q̄ post diuisionē manet vel nō. Si ꝓmū tūc erit minus minimo. si scōm tūc nō ois corruptio erit terminꝰ alterator ꝙ Arest. ꝓmo de generatōe. Rñdet breuit q̄ Arest. reprobādo anaxagorā duo supponit. Primū. Oē corpꝰ fit minꝰ ꝑ ablatōez alicuiꝰ ab eo. fm q̄ etiā ꝛcessit Anaxagoras. Carnis est determiata q̄ntitas in magnitudie et quitate. t tūc sic arguit. dabil' est minima caro: q̄ si ex illa aliq̄d segregabit erit minus mimo. q̄ qōlibet nō est in q̄libet que fuit opinio anaxagore. Ira q̄ minimū ōr duplicit. Primo q̄ ad naturā q; nō pōt naturalit̄ ee minꝰ

Phisicoꝝ I Questio XIIII

20

ꝛ sic nō dak in generabilib⁹ ꝛ coꝛruptibilib⁹. Alio modo q̄ ad nos. qm̄ nos quo ad nos
nō possum⁹ minus iudicare fm sensū nostꝝ. ꝛ sic intelligit Aresto. Hec distinctio habek oꝛiginaliter ex ꝓmētatoꝛe. viij. phisicoꝝ q̄ dicit q̄ ꝑma ps i motu q̄dāmodo est i actu. q: est indiuisibil'. et est in potētia q: ē diuisibil'. Illic ōr caro ōr mīma. q: si vlter⁹ diuideꝛek ipa esset insensibilis vel exiꝛet suā spēm q: resolueꝛek in ꝛem ꝛē. Et ōr ad argumeꝛtū q̄ coꝛruptio ꝓprie dicta ē termin⁹ alkatōis. ſz caro solū diuidit: ad quā diuisionē p accidēs seq̄t coꝛruptio

In tractatu scō Aresto. determīauit de p̄ncipijs ꝛeꝝ naturaliū fm
i opinionē antiq̄oꝝ. In tractatu tercio agit de eisdē fm opinionē p⁹o⁹
priā. ꝛ diuidit in tria capitula. In q̄oꝝ ꝑmo ꝓbat p̄ncipia ꝛeꝝ naturaliū esse ꝛꝛaria. id ꝓbans aucte antiquoꝝ pboꝝ q̄ hoc idez affirmabant. Oia em̄ p̄ncipia que ipi posuerūt erant ꝛꝛaria. vt aliq̄ calidū ꝛ frigidū vt Permenides q̄ dixit frigidū terrā et calidū ignē. Aliꝫ raꝛ ꝛ dēsū. aliꝫ plenū ꝛ vanū. aliꝫ parūm et magnū. Scōo ꝓbat hoc idē p tres ꝛditōes p̄ncipioꝝ Prima q̄ nō fiant ex alterutris. id ē q̄ vnū p̄ncipium nō fiat effectiue ex alio p̄ncipio. Secūda ꝛditio q̄ nō fiāt ex aliꝭ. s. diuersaꝝ rōnū. q: alias nō essent ꝑma. Tercia ꝛditio q̄ oia fiāt ex illis. id ē oēs res naturales fiūt ex illis p̄ncipijs. Hūc sic ꝓbat q̄ sint ꝛꝛaria. q: iste tres ꝛditōes ꝓueniūt ꝑmis ꝛꝛarijs. ergo ꝑma ꝛꝛaria sunt p̄ncipia. ſz ꝑma ꝛ̄ria sunt prima oim aliorum q̄ nō fiūt ex aliꝭ. et cū sint ꝑma p̄ncipia naturalia non fiunt ex alterutris. Oia ꝛo que fiūt fiūt aut ex ꝛꝛarijs: aut medijs. sed media fiūt ex ꝛꝛarijs. ꝛ illud ꝓbat inductiue. q̄ p̄ncipia ꝛeꝝ naturaliū sunt ꝛ̄ria. Sup q̄ qritur.

Questio XIIII

Vtꝝ ꝑma p̄ncipia ꝛeꝝ na

turaliū sint cōꝛaria. Notādū ꝑmo q̄ p̄ncipiū capit multipliciter. Pꝛio ꝓ p̄ncipio indepēdentie. s. qđ a nullo dependet ſz alia oia ab eo. vt .xij. metaꝑh. Ex tali igit p̄ncipio dependet celū et tota natura. Scōo capit ꝓ p̄ncipio diffinitōis. i. qđ ingredit diffinitōz alicui⁹. vt Porphiri⁹. Gen⁹ ē p̄ncipiū spēi. et Aresto. i ꝑdicamēt⁹. Pūct⁹ ē p̄ncipiū q̄ntitat⁹ ꝑmue ꝛ vnitas q̄ntitat⁹ discꝛete. Et. viij. phis. Tertꝝ ꝛ circūferētia sūt p̄ncipia sperici q̄m ponūt i eis diffinitōe. Tercio capit ꝓ p̄ncipio doctrine. s. qđ ꝑsupponit i aliq̄ scia. vt. j. topic. Pricipia sūt fides suꝑpi⁹. id ē nō ꝑūt ꝓbari. et .ij. poste. Tale ē p̄ncipiū i doctrina nra qđ q̄dāmodo seq̄t cognitōem sensitiuā. vt oē totū ē mai⁹ sua ꝑte. De q̄libz affirmatio vl negatio de nullo ꝛo sit. Itē. qđlibz est vl nō ē. Dis ignis est calid⁹. Illoꝝ aūt p̄ncipioꝝ aliq̄ dicūt simpl' ꝑma. s. q̄ fundāt i ꝑdictōe ſz sunt nota p sensū ꝛ experientiā. vt dis ignis ē calid⁹. Quarto ꝓ p̄ncipio cogscēdi siue notificādi ſz p qđ res ipa hz cogsci. Vñ Porphiri⁹. Decē ꝑdicamēta sūt decē p̄ncipia ꝛeꝝ. Et. ij. metaꝑh. Ea dē sunt p̄ncipia essendi et cogscēdi. Quito p̄ncipiū capit ꝓ pricipio intrinseco ꝛ ꝓstitutiuo. s. qđ ꝓstituit rē naturalē i esse vel in fieri vt materia forma et ꝑuatio. Nam materia et forma constituunt rē in esse. sed ꝑuatio in fieri. id est: si res naturalis debet generari necessariuꝫ est ista tria concurrere. materiā et formam vt ingrediant essentiam compositi et ꝑuatōem vt compositum generetur. Vnde res naturalis hic est res composita ex materia ꝛ forma. Est tamen ꝛeꝝ q̄ etiā aliq̄ dicunt p̄ncipia

essendi scz quatuor cause z q ad illas reducunt. quoniã causa efficiẽs z finalis dicũt principia extrinseca. sz formalis z materialis dicunt principia intrinseca siue constitutiua. Jn ꝓposito tñ fit mentio de duobus principijs. scz forma et priuatione. qm̃ materia nulli est contraria. xij. metaph̃.

Notandũ secũdo, licet cõtrarietas multipliciter accipiat vt in p̃dicamẽto q̃litatis et substãtie cõiter ꝺr. ẽ tñ ad ꝓpositũ spectat accipit duobꝫ modis. Prio ꝓprie siue stricte ꝑ repugnãtia aliquaꝝ formarum z positiuaꝝ que nõ possunt simul esse eidem denotare. sed successiue. vt magnũ et paruũ. sursum z deorsum. z sic nõ repit in substãtijs: q: substãtie nihil est ꝯrariũ. v. phisicoꝝ. et in p̃dicamẽtis. Scõo ꝯrietas accipit cõmuniter vel large, ꝑ repugnãtia aliquoꝝ que nõ p̃nt simul et semel idem denotare sicut hõ et equus ꝯriant. primo huiꝰ. silr habitus et priuatio. Et ita debz h̃ accipi. Vnde dicit ꝓmẽrator. Et notandũ est q hoc nomẽ contrariũ vsitat hic large, ꝑ contrario z priuatõe z habitu. siue sit in rei veritate siue ẽm formã. qõ ꝯriũ (ẽm qõ ego credo) nos appellamꝰ disperatũ. hec cõmentator.

Conclusio prima, Principia rerũ naturaliũ scz forma et p uatio sunt cõtraria large vel ꝯrietate cõiter dicta. Probat auctor Aresto. hic dicetis. Oẽs igit cõtraria prima principia faciũt. Et. iij. metaph̃. Oẽs enim dicunt principia esse ꝯraria. Et cõmentator hic. Quia apparet ex ẽmoibꝰ omniũ q ponũt pncipia cõtraria: licz nõ conueniãt in eadẽ cõtrarietate. tñ vltr conueniũt in hoc q sunt ꝯraria. hec cõmentator. Rõe tali z aristotelis q supra tacta est. Oĩe generabile fit ex pncipijs ex terna ꝯditõe principioꝝ. sz oĩe qõ fit: fit ex ꝯrario vel medio. mediũ autẽ est ꝯrariũ vtrisq extremo. hoc ẽ qñ aliqd infinitat tũc terminus a quo et terminus ad quẽ sunt ꝯraria large. v. phisicoꝝ. terminus aũt a quo est priuatio forme. z terminꝰ ad quez est habitus forme que opponunt priuatiue nõ in re sed in rõe. Ratio eĩm priuationis forme et habitus eiusdẽ repugnãt. Vñ ꝯrietas priuatõis et forme refert ad ipam trãsmutatõez naturalẽ. s. generatõem et corruptõem rei naturalis z sic vltimate est oppositio et ꝯrarietas solum ratõis

Arguitur primo Substãtie nihil est cõtrariũ. v. phisicoꝝ. sed forma est suba. Jtẽ ꝯraria debẽt esse in eodẽ genere. v. metaph̃. sz priuatio in nullo genere est. Rñdet iste z sil̃es auctes debẽt intelligi de contrarietate ꝓprie vel ꝓprijssime dicta. sz ista ꝯrietate nõ ꝯrit forma z priuatio

Arguitur secũdo, Ratio cõclusiõis nõ cõcludit, q: oĩe qõ fit fit ex ꝯrio. sed forma fit ex materia. ꝑmo huiꝰ. igit forma ꝯrariat materie Rñdet q materia nulli ꝯrariat sed bñ est subiectũ ꝯrarioꝝ qõ nulli debet esse ꝯrariũ. Et ꝺr q ex ꝑmo notat subiectũ z sic forma fit ex materia. id est i materia tanq̃ in subiecto. Scõo notat ordinẽ. z sic forma fit ex priuatõne. j. phisicoꝝ. z h̃ mõ oẽ qõ fit fit ex suo ꝯrio. Vñ ex equocat in istis auctib.

Arguitur tercio, Aresto. corrigit antiqs phos. xij. metaph̃. q dixerũt pncipia prima eẽ ꝯria. g̃ ꝯclusio est falsa. Jtẽ forma et priuatio nunq̃ sunt sil̃. ex q priuatio solũ ꝯrariat formie habẽde et nõ habite. sed si vnũ ꝯrioꝝ est oportet reliquũ esse. ij. celi. Rñdet ad primũ q Arest. xij. metaph̃. loq̃tur de pncipio indepẽdente scz ꝑma causa. cui nihil est cõtrariũ. antiq vero phi posuerũt vnũ tale pncipiũ bonoꝝ et aliud maloꝝ que dixerũt eẽ ꝯria. Vñ ꝯcludit Arest. Entia eĩm male disponi nolũt vnꝰ g̃ pnceps. Ad scõm dicit q Arest. ij. celi loquit de ꝯrarijs ꝓprijssime. qm̃ dicit in postp̃dicam̃ts

omnib⁹ existentib⁹ sanis adhuc sanitas ⁊ languor contrariant. Vñ Aresto. ꝯcludit hoc primum capitulū dicens q̄ q̄dem igitur ꝓtraria esse oport⁊ principia manifestum est

Questio XV

Vtrū tātū tria sint principia rer⁊ naturaliū.

Sciendū q̄ Arest. in scō capitulo tractat⁹ tercij inuestigat nume⁊ principio⁊ intēdens ꝑncipaliter q̄ nō sint plura principia nec⁊ pauciora q̄ꝫ tria. Quā ꝯclusionē ꝓbat ex sufficienti diuisione. Et primo Non est tm̄ vnū principiū. quia principia sunt contraria vt prius ꝓbatū est. sed vnū sibiꝑsi non est cōtrariū. Scōo: principia nō sunt infinita: q̄m tunc nulla res naturalis sciret. q: infinitū ſm q̄ tale est nobis ignotū. Item ꝓtrarietas nō habet infinita extrema: ꝑsertim ꝑma ꝓtrarietas. ergo nō sunt infinita ꝑncipia q: principia sunt ꝑma ꝓtraria sed ꝑncipia sunt ꝓtraria ſ. finita. Itē illō quod pōt saluari ⁊ fieri ꝑ finita magis est ponendum q̄ꝫ per infinita. sed res naturales possunt fieri per principia finita. ergo. et ibi elicitur ista auctoritas Frustra fit ꝑ plura quod fieri potest ꝑ paucioꝝa. ergo ꝑncipia rer⁊ naturaliū non sunt finita. Tercio nō sunt tm̄ duo ꝑncipia. Primo ideo: q: oē qō fit fit ex aliq̄ subſtantialr vt ꝓcedunt oēs naturales. sed vnū ꝓtrariorꝫ non fit substantialiter ex alio. ergo ꝑter duo necessario est ponendū terciuꝫ qō sit subiectū illorꝫ ꝓtrariorꝫ. Scōo ideo: q: ex duob⁹ cōtrarijs nō pōt res naturalr cōponi: ex q̄ ꝓtraria sunt sibiꝝnuicē corruptiua. j. hui⁹. g̃ reḡrit vnū ꝑncipiū indifferens ad ista ambo ꝓtraria. et hec rō elicit ex ꝓdicta q̄ fuit Arest. imo dicit Arest. q: oēs phi ꝑter principia ꝓtraria posuerūt tercium. vt Plato vltra magnū et paruū posuit ydeā. Quarto nō sunt plura principia q̄ꝫ tria: q̄m in naturali trāsmutatiōe solū necessario est vnū subiectū ⁊ illud vni⁹ ꝓtrarietatis est suscipiuū. sed cū vna ꝓtrarietas sit sufficiēs. g̃ sufficit solus vnū subiectum. Ergo ex sufficienti diuisiōe ꝯcludit q̄ nō plura nec⁊ paucioꝝa sint ꝑncipia q̄ꝫ tria.

Notandū primo q̄ differt dicere et querere vtrum tm̄ tria sint principia rer⁊ naturaliū et vtr⁊ in q̄libet transmutatiōe naturali necessario ꝯurrant tm̄ tria ꝑncipia. q̄m si ꝑ se velim⁹ insistere verbis ⁊ rigori: primus titulus nunq̄ pōt cōcedi. q: nō est dabilis aliq̄ res naturalis q̄ habeat ista tria principia: licet q̄libet talis habeat materiā ⁊ formā. ꝓpter quod ſm q̄ mēs est Arest. ⁊ ſm veritatē id est ſm q̄ ꝓprie sapit naturā principij: tūc nulla res naturalis ipsam habet: q̄m cuiuslibet rei naturalis materia actualr est informata vna forma. licet sit priuata ea quā futuro habebit: tm̄ ista ꝓprietio oino nihil est nec⁊ habet existentiā in re. habet tm̄ rationē principiandi vt ꝓbabile penultima q̄stione hui⁹ primi. Itē rigor: logice istū primū titulū nō admittit nec⁊ ꝓcedit cū sit exponibilis gratia pluralitatis ⁊ ei⁹ exponentes sint falſe. Q: aūt logica sit applicāda ad ꝓpositum nō est inconueniēs: q̄m est scia cōis ſm Arest. j. Elenco⁊. ⁊ nō nisi rone applicatiōis ad oēs scias vt diffusi⁹ a ꝑncipio logice disputari solet. Hinc est q̄ aliq̄ volētes saluare Arest. exponunt noialiter ꝑsentē titulū ⁊ hoc mō: tm̄ tres sunt ꝓcept⁹ specie distincti. vl tm̄ tres sunt termini q̄ꝫ vn⁹ repsentat materiā ali⁹ formā ⁊ tert⁹ ꝓpriationē: necessarij in oib⁹ rebꝫ naturalib⁹. Et licet ista expositio sit vera ⁊ nō impugnabilis: nō tm̄ est philoſo phica ⁊ naturalis nec⁊ de mēte Aresto. aut sui cōmen

tatoris. qm̃ isti ꝯceptus tres vel termini q̃s in alia habemus nō ꝓnt esse ꝓncipiū illi⁹ vel alteri⁹ rei naturalis. q: nō ingrediunt rei⁹ cōpositionē sicut materia ⁊ forma ꝑm mentē Aresti. in hoc primo. Alij ꝙo saluant istū titulū ꝑ tria principia cōia dicentes tm̃ tria esse principia rez naturaliū in specie siue cōi. scz materia cōis: forma cōis: ⁊ priuatio cōmunis. nō aūt in nūero. Sed ab illis ego q̃o: vbi tm̃ habeant substantiā et ꝑsertim de quatione q̃ si habebit vnā naturā cōmunē siue ydeā et ista nihil est sicut infra ꝓbabit. imo ꝓncipia ꝑm Aresti. huj⁹ ingrediunt cōpositionē rei naturalis. sed materia cōis ⁊ forma cōmunis nō ingrediunt essentiā rei naturalis: alꝫs nihil plus posset generari: etiā rediret platonica opinio de ydeis. ꝓterea isti licet satisfaciāt in ꝓprio titulo: tm̃ q: ad sensum naturali ꝓho philosophandū est ⁊ nō tm̃ ad imaginaria. Ego dico q̃ sicut est hec res naturalis homo vel asin⁹: ita ꝑm Aresti. ⁊ cōmentatorē eiusdē rei naturalis sunt hec certa principia scz hec materia petri hec forma pauli ⁊c. Et tūc iste titulus debet sic intelligi. tm̃ tres sunt rationes principiandi oim rez naturaliū specie inter se distincte q̃uncz ipse res naturales transmutant. scz ratio ꝓncipiandi materie. ratio ꝓncipiādi forme. et ratio principiādi ꝙnatiōis. ⁊ hoc vult secūdus titulus. Vñ solū duo sunt principia ꝓstitutiōis rei naturalis scz q̃ ingrediunt essentiā cōpositi sicut materia et forma. ⁊ dicunt ꝓncipia cōpositi ꝑ se. Tria ꝙo sunt principia trāsmutatiōis rei naturalis. scz materia forma ⁊ ꝙnatio. Et priuatio ō: ꝓncipiū rei naturalis ꝑ accidēs. hec est sententia Aresto. in textu. Vñ cōmentato⁹. Duo sunt principia ꝓstitutiōis. tria ꝙo trāsmutatiōis. Hoc tm̃ scias q: priuatio etiā est principiū ꝑ se ipsi⁹ trāsmutatiōis naturalꝫ q̃m sine ipsa impossibile est fieri trāsmutationē naturalē. sed ō: principiū ꝑ accidens rei naturalis.

Notandū secūdo q: transmutatio est mutatio ꝑ quā res aliter se habet q̃ pri⁹ se habuit. Et est tripler. Prima ō: naturalis ⁊ ꝓpria. ⁊ est mutatio successiua facta in subiecto de nō esse ad esse vel de esse ad nō esse. vl' est mutatio successiua facta ꝑ agens naturale. vñ tres sunt species trāsmutatiōis scz generatio: corruptio: ⁊ mot⁹. vt in ānto. Ista tm̃ trāsmutatio tā acq̃sitiua q̃ depditiua est duplex scz substātialis vt generatio ⁊ corruptio. ⁊ de illa loquit̄ ꝑsens titulus secūdus. Alia est accidentalis vt alie species motus. Secūda ō: trāsmutatio artificialis et est mutatio successiua q̃ aliq̃d fit ꝑ artem vt incisio lapidis. Tercia quā Aresi. nō admisisset ō: supnaturalis scz q̃ fit in instanti vel sine subiecto vel sine ꝓcursu causaꝝ secūdarū. Et differunt iste tres trāsmutatiōes ꝑm modū agēdi: ita q: sp̄ vna est ꝑfectio: alia: qm̃ supnaturalis fit extra subiectū ⁊ est ꝑfectissima. vt creatio. Naturalis fit in materia ꝓma. Artificialis ꝙo in matia secūda. Subiectū q̃ trāsmutatiōis naturalis est materia ꝓma. sed artificialis est materia secunda.

Cōclusio ad mentē Aresto. Tm̃ tres sunt rationes generales ꝓncipiādi intrinsece q̃ aliq̃ res transmutat naturaliꝫ scz ratio subiecti in q̃ fit trāsmutatio id est materie. ratio ꝙnatiōis a q̃ vel ad quā fit transmutatio. et ratio forme ad quā est trāsmutatio si est acq̃sitiua. vel a q̃ est si mutatio est depditiua. Ista ꝯclusio est de mēte Aresti. hic in textu vt supra latiꝰ dictū ē ⁊ q̃. merba. Tres ꝙo sunt cause ⁊ tria ꝓncipia: due q̃dem cōtrarietates cuj⁹ hoc q̃dē ratio ⁊ spēs: scōm illud ꝙo priuatio. tertiū ꝙo materia. Ratio autez Aresti. a ꝓncipio q̃stiōis patuit: q̃ etiā ista esse tria ꝓncipia ꝓbat ꝑ tres cōditiones ꝓncipioꝝ prius positas. Et breuit̄ materia principiat in genere cause materialis. forma in genere cause formalis q: dat esse rei. sed priuatio in ge⁹

nere cause efficiẽtis sine q̃ non: qm̃ sine p̃uatione impossibile est aliquã transmutationem substantialẽ fieri.

Arguit primo, Quattuor sunt cause, igit quattuor sunt ꝓncipia: qm causa t principiũ conuertunt. Itẽ impossibile est trãsmutationẽ naturalẽ fieri sine q̃litatibꝫ primis. igit ipse etiã erunt principia. Itẽ multe sunt materie t formeꝫ scz soris platonis t aliaꝝ rez naturaliũ. g̃ sunt plura principia q̃ tria. Respodeꝫ q ꝙstio intelligit de principijs intrinsecis vt substãtialibus t totalibꝫ sm rationẽ eoꝝ specuocam. Et si dr tñ aliq̃ forma est incorruptibil vt hois. t alia corruptibil vt bruti. et ille differũt specie. Rñdeꝫ q rõ ꝓncipiãdi forme ẽ q: dat cẽ rei t cõposito. t illa rõ conuenit oibꝫ formis subalibꝫ

Arguit secũdo, Tm̃ duo principia sufficiũt ad esse cõpositi scz materia t forma. g̃ tertiũ superfluit. Item priuatio oino nihil est. igit nõ est principiũ. Añs est Arest. j. huiꝰ. t ꝓbabit ꝙstiõe vltia huiꝰ primi. Rñdeꝫ ad primũ. Duo principia sufficiũt ad essentiã cõpositi. sed tria requirunt ad generationẽ t corruptionẽ eiꝰ. Ad secundũ dr q licet priuatio sit nõ ens ꝓpter qđ dr principiũ p accidẽs rei naturalꝫ tñ habet rationẽ ꝓncipiãdi i genere cause efficiẽtis sine q̃ nõ in q̃libet transmutatione naturali.

Arguit tercio auto, Arest. hic in textu, **Sufficiẽs est alterum** principiũ sui p̃sentia et absentia facere mutationẽ. g̃ sufficit vnũ principium. Itẽ materia nõ causat neq ꝓncipiat aliq̃d cũ nulli sit actuitatis. Rñdetur ad primũ q Arest. loquit de principijs p se. t vult tãtũ dicere: alterũ principiũ scz forma sui p̃sentia facit generatiõez t sui absentia corruptiõez in materia. et illud etiã ꝓcessum est q tm̃ duo sint principia ex quibꝫ res naturalis componit. Ad secundũ dr q materia nõ ꝓncipiat in genere cause efficiẽtis sicut ꝓbat argumentũ. sed in genere subiecti ꝛc.

Questio XVI

Vtrũ omne quod fit necessario fiat ex subiecto p̃disposito. vel sic.

Vtr aliq̃d fiat simplr ex nihilo. Sciendũ q Arest. in capło tercio tractatus tercij volẽs tractare de tribꝫ principijs rez naturaliũ: priꝰ ꝑmittit aliq̃ ꝓambula: dicẽs q priꝰ est determinandũ de trãsmutatione t generatiõe sm rõnez cõem t deinde specialẽ. t ponit ibidez aliqs trãsmutatiões tã in simplicibꝫ q̃ compositis vt in textu. Scdo explicat differẽtias t ꝙuenientias inꝰ materiã t priuatiõez q̃ infra de ꝙuatiõe videbunt: ꝓncipalr intendẽs istã ꝙclusionẽ In oi trãsmutatiõe necesse est ei aliq̃d subiici qđ fit: ita q nihil fit ex nihilo. t quõ illđ ꝓbat patebit circa ꝙclusionẽ.

Notandũ primo q fieri est rẽ de nouo incipe esse. Generari so est rẽ successiue incipe esse post nõ esse. t sic fieri est in priꝰ q̃ generari: qm̃ importat fieri successiue t in istãti. Fieri aũt successiue dr dupliciter. Primo i subiecto. scdo ex subiecto. Illud dr fieri i subiecto qđ fit i materia ꝑmaneãta q ipa talem trãsmutatiõez sustineret ranꝙ subiectũ vt ois forma fit naturaliter i materia ꝑma. ipsa em̃ materia est subiectũ cuiuslibet trãsmutationis naturalis. Illđ scdo fit ex subiecto qđ fit ex materia ranꝙ ex pte essentiali illius qđ fit. t sic forma fit in materia: totũ aũt cõpositũ ex materia. ꝓpter tñ nõ differunt nisi rõne: qm̃ forma dr fieri in materia inq̃tũ materia sibi substat vt in ipsa p qualitates primas educaꝝ sed dicit fieri ex materia inq̃tũ educit de potentia materie. Vn forma educi de potẽtia materie est ipsaꝫ successiue ꝓduci de potẽtia eiꝰ sic q ista forma

naturaliter dependet in esse ab ipsa materia sine q̄ etiam naturaliꝝ impossibile est ipsam pduci. Forma g̃ educi vel fieri ex subiecto ꝓsupposito vl̃ pdispositio est ipsam educi in materia p q̄litates pmas ipsa mafia talē trāsmutatiōez siue generationē tanq̄ subiectū sustentante. Exēpluz. ex materia semis asini pducit forma substātialis asini: qm̄ postq̄ ratio semialis eiusdē actuaꝝ q̄litatibꝫ pmis: q̄litates prime educūt. i. de nō esse ad esse, pducūt in materia seminis formā substātialē asini ex ipsa scz rōne semiali. Ex̄ licz materia prima sp sit subiectum: tn̄ isto mō vel sibi dz subiectū predispositum.

Notandū secūdo pro solutione multoꝝ argumentoꝝ. Aliquid dz fieri ex alio multis modis fm Arest. in. v. metha. Prio tanq̄ ex sua materia vt forma fit ex materia z statua ex ere. ita capit in ꝓposito. Scō aliq̄d fit ex alio tanq̄ ex sua causa efficiēte vt pr̄ ex filio et quitū ex pugnasumiliter, vna cognitio fit ex alia. Tercio tanq̄ ex pte vt totuz fit ex suis pribꝫ sic hō ex materia et forma. Quarto sicut species ex pte speciei id est ex genere et differentia vt hō ex rōnali. Quinto aliquid fit ex aliq̄ tanq̄ ex aliq̄ sui pte vt puer fit ex matre z patre. Sexto z vltimo quia fit post aliud vt ex nocte fit dies. et dicit Arest. ex eq̄noctio nauigatio quia post eq̄noctiū fiebat. ita etiam forma fit ex p̄uatione. vel dz fieri ex p̄uatione tanq̄ ex causa efficiēte sine q̄ non. Et necesse hic debet importare necessitatē naturalē q: naturaliter est impossibile q̄ aliq̄d nō fiat ex subiecto pdispōsito.

Cōclusio ad mentē Arest. Omne qd̄ fit naturaliter necessario fit ex subiecto p̄supposito. Probat auto. Aresto. hic dicēs. Qm̄ oportet aliquid sp subiici ei qd̄ fit. Et. vij. metha. Impossibile factū est si nihil p̄existit. Et cōmentator. Cōtra ꝓceptio oim ph̄oꝝ est q̄ oē qd̄ fit fiat ex aliq̄. Idez. Omne generatū indiget aliq̄ subiecto. Idē dicit Arest. ix. metha. Dictum aūt est in sermonibꝫ de substantia. q: oē qd̄ fit fit ex aliq̄ z ab aliq̄. Ista ꝓclusionem, pbat Arest. hic in textu: ista rōne. Omne qd̄ fit aut fit simpl̃r scz qd̄ de nouo incipit esse simpl̃r vt sole substātie. Aut fm q̄d scz qd̄ incipit fm q̄d vt accidētia. Unde dicit. Simpl̃r aūt fieri substātia ꝓ solū est. fm q̄d alioruz scz a substātia. Illa g̃ que fiunt fm q̄d sicut accidētia fiūt ex suba: qm̄ oia de subiecta substantia dicunt vnde de ipsa fiūt. z hec dz generatio fm q̄d naturalis. In factione ꝯo siue generatōe fm quid artificiali etiā necessario aliq̄d subiicit. Probat inductiue: ponens modos factionis artificialis. Quedam em̄ artificialia fiunt transfiguratione vt ex ere statua. Quedam appositiōe vt que augmentant. vt ex multis lapidibꝫ fit cumulus. Alia fiūt subtractiōe. vt ex lapide imago mercurij. Alia cōpositiōe vt domꝰ. Alia ꝯo per alterationem materie vt lateres. Ea ꝯo que fiunt simpl̃r fiunt ex aliquo. vt patet inductiue. quia animalia z plāte fiūt ex semie. Unde ꝓcludit Arest. Ois em̄ q̄ sic fiunt manifestū est qm̄ ex subiecto fiūt. et infert. Qm̄ qd̄ fit sp cōpositū est. et sup illa illatione mouebit questio sequēs. Alia ratio. Inter ens z nō ens est distantia infinita. si ergo aliq̄d pduceret ex nihilo et ex non ente: esset necesse ibi esse aliq̄d agens naturale reducēs istā distantiā infinitā ad ens. sed cum oēs res naturales sint potētie finite q: determiate actōis fm Arest. g̃ naturaliter est impossibile aliq̄d fieri ex nihilo. Sed cum deꝰ fm fidem sit infinite potentie ipse hoc potest. licet fm viam Aresto. non possit: qm̄ non agit sine causis secundis fm eum.

Arguit primo, Non omne qd̄ fit fit ex subiecto pdispōsito.

quia cõpositũ fit fm Aref. hic in textu. z nõ fit ex aliquo. nõ ex materia z forma. qz idẽ fieret ex seipso. Itẽ forma fit ex aliquo fm ꝯclusionẽ. ergo non erit principiũ rei naturalis. qm principia debẽt semp pmanere z nõ fieri ex alijs. vt dicit vna ꝯditio pncipioꝝ. Respõdeꝛ ad pmũ. Totũ cõpositũ ꝓprie nõ fit sed dicit fieri ratione sue forme vt latꝰ in qstione sequenti. Ad secundũ dr q rationes principiandi non fiũt ex alijs. vel principiũ in specie sed bene in numero vt forma asini forma equi ꝛc.

Arguit̃ secũdo Non repugnat agẽtibꝫ naturalibꝫ vt producant aliqd ex nihilo. qz vel ista repugnãtia esset ex pte forme. pducẽde. z hoc nõ: qm nõdũ est. ẽ nõ resistit. vel ex pte agẽtiũ naturaliũ. z illõ etiã nõ. qz nullũ extrinsecũ resistit vel impedit neq; ages naturale sibi resistit. Respõdeꝛ q agenti naturali nõ est facile neq; difficile. pducere aliqd ex nihilo: qm sibi est impossibile. z ista repugnãtia. puenit nõ ab aliq̃ positiuo impediente sed priuatiuo. qm res naturales etiã fm Aref. sunt limitate et determinate in suis actionibꝫ vt etiã ad minimũ rẽp nõ excedãt. ij. celi.

Arguit̃ tercio, Homo fit naturaliter vt omnes cõcedimus et nõ ex pte materie: cũ sit ingenerabilis. j. hut. neq; ex pte forme. qz fm sanctũ Augustinũ z fidẽ nostre religionis creat̃ z creando in instãti infundit̃ur Rñdeꝛ fm pietatem fidei q hoiem fieri naturaliter intelligi potest dupliciter. Primo qz nõ fit in instanti sed successiue. et ita oẽs ꝯcedimus hoiem fieri naturaliter. qz licet ania in instanti infundat̃ rñ primo infundit̃ corpi. z qz ipsa est limitata successiue incipit informare vnã ptẽ post aliã. Scõo intelligit̃ quia alia educeret̃ de potentia materie. z tunc negat̃. Et ad ꝯclusionẽ dr q sit vera in naturali via seu aristotelica. Et si dr. tñ in generatiõe hois q̃litates prime vel q̃lificatiue dispositiones mediãte rõne seminali intendũt educere formaz hois. aut ergo educũt aut agunt frustra. Rñdeꝛ ite ex pietate fidei q q̃litates prime nõ intẽdunt educere formã hois alꝫ sino fine frustrarent̃ z sic agerent frustra. sed pdisponũt materiã vt fiat apta ad receptionẽ z infusionẽ aie

Sed diceres, Ponamus q deus suspẽdat actionẽ suam et infusionẽ aie q̃d tunc q̃lificatiue dispositiones educunt: an formã hominis vel bruti. Rñdeꝛ fm pietatẽ religionis q nõ educerẽt aiam intellectiuã. qz pduc̃erent nobilẽ se. sed potiꝰ materia esset sufficiẽter ꝑparata in formã z figurã hois: ipsa aut squaleſceret z exiccaret. aut qõ melioꝰ est educerẽt vnã formã nobiliẽ: ita q illud corꝓ genitũ non esset hõ. tñ emulũ esset omnibꝫ actionibꝫ ẽjs videret ab hoie fieri: pstim si parẽtes sui fuissent nature calide z subtil̃.

Questio XVII

Vtrũ generatuz siue res que

generat̃ sit forma materia vel totũ cõpositũ. Vel sic Vtꝝ generatio sit nihil aliud q̃ res que generat̃. Notandũ primo q generatio ꝓprie est mutatio suc cessiua facta in subiecto mediante qua incipit esse nouuz ens. Et est duplex. Aliq̃ dr cõposita scz mutatio q̃ cõponit ex corruptiõe forme ꝑcedẽtꝭ et introductiõe forme sequẽtꝭ: qm generatio vni est corruptio alteri et ecõtra. j. de gener. Tota ẽ mutatio ex corruptiõe z generatiõe dr generatio cõposita. et ꝓbi ista coacti sunt ponere ꝓpter modũ loq̃ndi ipsi vulgi q nõ ꝯgnoscit corruptionẽ factã nisi actu sit introducta alia forma scz cadauerꝭ vel alteri forme. Vñ nõ dicũt hoiem esse genitũ nisi actualr forma substãtialis sit introꝫ

ducta sed appellant totā hanc mutationē generationē q etiā p̄cessit introductionē forme. Et illā generationē Aresto. j. de gene. describēs dicit. Generatio est trāsmutatio hui⁹ totius in hoc totū nullo sensibili p̄manente in subiecto eodē. Illa generatio ō simplex z est mutatio successiua p quā incipit esse nouū ens vt generatio asini. z est duplex. Substātialis p quā incipit esse substantia. Accidētalis vel fm q̄d p quā incipit esse accidēs. vt ꝯois alteratio est generatio accidentalis. In ꝓposito aūt fit mentio solū de generatōe subali.

Reſpondet̄ ſm mentẽ Ariſtotelis. quacũcꝫ ratõne formali numeri aſſignata ſemꝑ eſt aſſignabilis maiꝰ ſiue vltiꝰ. hoc eſt nõ dar̄ maximus numerus. Patet ꝓclusio ꝑ Ariſto. iij. huius dicentẽ. In plꝰ autẽ ſq; eſt intelligere. ꝛ ſubdit. Sed ſemꝑ excellit acceptam omnẽ determinatam multitudinẽ. id ẽ numeꝝ. Item hic dicit Ariſto. Numerus eſt infinitꝰ ſm apoſt rõnem. Er. j. celi. Numeꝝ dicimus infinitũ quia maximus non eſt. Ratione ꝓbat̄ inductiue. quocũcꝫ em̃ numero dato põt ſupaddi vnitas. Item magnitudo eſt diuiſibilis in infinitũ deoꝛſum. iij. phiſicoꝛũ. g̃ multitudo ſiue numerꝰ eſt augmentabilis in infinitũ ſurſum nõ autẽ deoꝛſuꝫ. qz Ariſto. exꝑſſe dicit. Contrario mõ ſe habet infinitũ in magnitudine ꝛ multitudine. Ex iſta concluſiõe primo ſequit̄ q̃ numerus creſcit i infinitũ. quia non dar̄ maximus numerus. nõ autẽ eſt diuiſibilis in infinitũ. qz datur minimus numerus. ſcz binariꝰ. Vnde. iij. phiſicoꝝ. Minimus numerus eſt qui ſimpliciter dualitas eſt. Ecõtra vero eſt de magnitudine. qz dar̄ maxima magnitudo qua nulla eſt maiꝰ. ſ. totus mũdus: non autẽ datur minima magnitudo erquo eſt diuiſibilis in infinitas ꝑtes deoꝛſum. Secũdo ſequitur q̃ impoſſibile eſt numeꝝ vt numerũ eſſe infinitũ. quia ratio nũeri repugnat erquo vnitas eſt principiũ cuiuſlibet numeri. et quilibet numerus terminatur vnitate ſup quam põt addi alia vnitas. et ſic in infinitũ. Vñ oĩs numerus eſt finitus et terminatus.

Arguitur primo. quelibet magnitudo eſt diuiſibilis in infinitas partes. tercio phiſicoꝛũ. et ſic actu eſt infinita multitudo que eſt numerus. igitur numerus actu eſt infinitus. Reſpondetur q̃ actu poteſt eſſe multitudo infinita rerum vel partiũ in continuo nondũ ſeparataꝝ. non autem actu ſeparatarum. necꝫ hoc eſt inconueniẽs. quia ſequitur exꝓreſſe ex verbis Ariſtotelis iã adductis. Hec autẽ multitudo infinita nõ eſt numerus. erquo nõ habꝫ ꝓmã vel vltimã partẽ quam habet quilibꝫ numerꝰ. et ſic ratio numeri nõ poteſt eſſe infinita

Arguitur ſecũdo. Datur numerus binarius qui eſt diuiſibilis in infinitas partes vt due medietates cuiuſcunq; continui. Item due medietates vltime ſpere ſunt numerus binarius et ſunt maximus numerus. quia maxima magnitudo que eſt numerus ſcilicꝫ due medietates ſue. Reſpondetur q̃ non eſt contra concluſionẽ. quia due medietates cuiuſcunq; continui in hoc q̃ ſunt numerus binarius nõ ſunt diuiſibiles in infinitas partes. necꝫ ſunt maxima multitudo. quia ratio formalis cuiuſcunq; binarij eſt vna et eadem repꝛeſentans intellectui omnes res duas qualeſcũq; et quantecunq; ſunt. ſup quam rationem binarij ſi addatur vnitas reſultat ratio formal̄ cuiuſlibꝫ ternarij. ꝛ ſic cõſequent̄. Vñ hec ẽ vera. res q̃ ẽ numerus eſt in infinitũ diuiſibilis. nõ aũt numerꝰ inq̃tũ numerꝰ. ꝛ ſic bien̄

questio nō intelligīt de numero nūerato. sed de nūero formali siue instrumētali. Per hoc tracē soluunt oia argumēta q̄ opponi huic ꝯclusioni videntur Tracē patz mens Arest. hic dicēs q̄ infinitū q̄dāmodo est scz in multitudie siue nūero fm appositionez. et in magnitudine in diuisione siue in potentia. Et infinitū q̄dāmodo nō est scz in actu neq̄ em̄ est magnitudo actu infinita neq̄ multitudo infinita rez inuicē separatarū. Vnde cōcludit. diuidik q̄dez in infinitū ꝑtinuū in maius aūt nō est infinitū. Vnde q̄rit ꝯsequenter

Questio XV

Vtrū in qualibet magnitudine siue q̄libet ꝑtinuo sint infinite ꝑtes actu.

Pro cui⁹ intellectu est ꝓmo ꝯsiderandū q̄ Arest. j. celi. t in alijs multis locis vtik illis nomib⁹ magnitudo cor⁹p⁹ t cōtinuū ꝑ eodē. t. v. t. vj. physicoꝝ ponit differentiā inter ꝑtinua: cōtigua: t cōsequēter se habentia. Contigua em̄ sunt due res quarū vna nō est alia iter que nihil mediat eiusdē rationis siue nois. Conseq̄nter se habentia sunt plures res q̄s due quarū vna ordinat⁹ post aliā inter q̄s nihil mediat eiusdem rationis. vt si tres arbores q̄liter distarent in linea recta ab inuicē dicerent cōsequēter se habētes. Itē quinq̄ digiti in manu extensi sunt etiā ꝯsequēter se habentes. q̄libet aūt dī ꝑtiguus alteri: licet aer mediet tñ nō est eiusdē rationis cū illis. vñ patet q̄ ꝑtiguū t ꝯsequenter se habens dicūt sp respectum ad aliud. Cōtinuum ꝯo non. Contigua q̄ fm Aresto. sunt q̄rū vltima sunt simul scz p indistantiā. vt vna domus est alteri ꝑtigua si stat circa latꝰ eiusdez. quia inter q̄libet corpa dura semp aliq̄d mediat scz aer. ij. de aia. t hoc est verū frequenter. q: fm Viridanū Primo fallit si vnū liq̄dum siue humidū fundik in aliud. Secundo si vnum cor⁹p⁹ naturaliter vel violenter figitur in aliud. vt radix arboris infigik terre t clauus asseri vbi nullus aer mediat: alꝰ posset sine difficultate extrahi. Sed ꝯsequenter se habentia sunt fm Arestotelem inter que nihil mediat eiusdem rationis. t hoc intelligik vt supra. Continua ꝯo sunt quoꝝ vltima sunt vnum id est quorum partes non sunt per artez sine industriam inuicem ꝯgregate. vt cumulus lapidū: t mensa cuius partes inuicem bituminant vel ꝯclauant non sunt continua. Immo nulla res indiuisibilis neq̄ artificialis cuius ptes ars cōiunxit est continuum. sed alꝰ omnis res extensa vt omne animal: omne vegetabile: anima bruralis. Et breuiter omne corpus siue simplex vel mixtum est continuum. Aliter autem diffinitur. Continuum: est res magna simpliciter vna. Et. j. iij. t. vj. physicoꝝ Continuū est illud quod est diuisibile in infinitum scz per partes ꝓportionales. Et. j. celi. Continuū est illud quod est diuisibile in semper diuisibilia. et addit cōmentator: q̄ nunq̄ terminabitur eius conclusio. Et cōmentator: tercio physicoꝝ. Continuum est illud in cuius medio est terminus communis duabus partibus. Et Arestoteles in predicamentis. Quantitas continua est cuius partes copulantur ad terminum cōmunem. terminus em̄ cōmunis est in quolibet continuo quelibet medietas que vnam partem cum alia continuat. Exemplū. in linea vltima duo pūcta. scz pm⁹ t vltim⁹ dicunk terminī siue fines linee. sed punctus medius in linea dicitur terminus communis quia continuat vnam partem linee cum alia. Vnde omne continuum et quelibet magnitudo est diuisibilis in partes ꝓportionales: quarum

quelibet est adhuc diuisibil' in infinitas alias ptes 7 ille itez in alias 7 sic si ne statu. imo sicut dicit cōmentator. nunq̄ terminab diuisio ptinui p ptes p portionales pcedendo. Ideo dixit Arest. viij. phisico. In ptinuo sunt infinita media nō actu sed in potētia. qm̄ in partib' proportionalib' nō datur prima nec vltima. alias diuisio eius nō ptenderet in infinitū. Et hō totū debet intelligi nō ponēdo pūcta indiuisibilia in ipo ptinuo. licz pūcta indiuisibilia necessario ponant. vt pbat. vj. phisico. Si em̄ magnitudo esset diuisibil' in indiuisibilia tūc sm̄ cōmentatorē hic deueniret ad minimā magnitudinem vel ad nihil quorū vtrunq̄ est incōueniens.

Notandū secūdo q̄ quodlibz continuū siue quelibz magnitudo est diuisibilis in duplices partes. scz in ptes eiusdem proportionis et eiusdem q̄ntitatis. Partes eiusdē q̄ntitatis sunt quar. vna est ita magna sicut alia. et hoc patet ad sensū vt diuidendo aliq̄d continuū in viginti ptes eiusdem q̄ntitatis. 7 hijs ptib' correspondet diuisio realis. scz q̄n vna ps realit diuidit ab alia. de qua loquit Aresto. j. celi. Celum est indiuisibile. De illa diuisione et de illis partib' non intelligunt supradicta neq̄ p̄sens questio. Partes vo eiusdē proportionis dicunt ptes proportionales de q̄bus supra. s. q̄. habēt inter se eandem proportionē. non aūt eandem q̄ntitatē. vt diuidendo ptinuū primo in duas medietates et vnā itez i alias duas medietates. tūc prima pars secūde medietatis diuise dicit prima proportionalis. si tūc p̄sequēt vna istar. medietatū in alias diuidit dicitur secūda proportionalis. et sic p̄seq̄nter vsq̄ in infinitū. tūc omes ille partes dicunt proportionales. Et hec appellat diuisio intellectual' siue rationis. scz quādo aliq̄d totū intelligit esse diuisū in suas ptes. licz in re nō sit diuisum. Et sic intelligit continuū esse diuisibile i infinitas ptes proportionales. et ita quelibet pars ptinui est diuisibil' in infinitas partes. Unde nō sunt plures ptes i toto ptinuo q̄s in aliq̄ pte. ex quo vtrūq̄ est diuisibile in infinitū. et infinito nō est plus. neq̄ ex cōmentatore. iij. huj⁹. licz in toro plures sint ptes maiores q̄s ptes. Et sic nō sunt plures partes in maximo homine q̄s grano tritici ex quo vtrūq̄ est diuisibile i infinitū. Et sic nulla pars in ptinuo est indiuisibilis. ergo quelibet est binari⁹ ternarius q̄rnarius ꝛc. imo q̄libet binarius in ptinuo est ternari⁹. 7 numerus par est impar vt claret ex pdictis. Sic g̃ continuū est diuisibile in infinitas partes eiusdem proportionis. nō aūt eiusdem q̄ntitatis. Et illud voluit Aresto. de sensu et sensato dicēs. Continuū ad infinita diuidit inequalia. equalia vero finita.

Respondetur ad questionē. In quolibet cōtinuo sunt actu infinite ptes proportionales in quas ipm̄ est diuisibile diuisione intellectuali. q̄rū partiū vna nō est alia. Patet p̄clusio multis auctoritatib' sup̄ adductis. Ratione tali. Omne q̄d cōponit ex aliq̄bus potest in ipa resolui. sed omne continuū cōponit ex infinitis partib'. g̃ est diuisibile in ptes infinitas. Antecedens est Aresto. iij. huj⁹. 7 sic actu in quolibz ptinuo sunt infinite ptes q̄z vna nō est alia. nō aūt actu separate. Et sic patet q̄ infinitū quodāmodo est scz in potētia. vt numerus p apposition̄ em̄ 7 ptinuū p diuisionē. Immo dicit hic Aresto. q̄ nō ponēti infinitū accidunt multa incōuenientia.

Arguitur primo. Infinitas partiū arguit infinitatē totius j. phisico. et. j. celi. Si partes sunt infinite totū erit infinitū. et sic ptinuus erit actu infinitū. Respondet q̄ Arest. intelligit de ptib' infinitis eiusdē q̄n

titatis. ille autē infinite nō sunt in continuo.

Arguitur secūdo. Mot⁹ est continuū. iij. phisicoꝝ. ⁊ mot⁹ est indiuisibilis. v. celi. g̃ ꝯtinuū nō est diuisibile. Rñdet ꝙ mot⁹ dicit indiuisibilis in ptes quātas ꝓmanētes. est tñ diuisibil' ratiōe subiecti spacij ⁊ rationē tpis ex quo rēpus mensurat motū. Vel dicit scdo. si pūcta ponunt indiuisibilia in cōtinuis tūc motus nō habz aliqd in rez natura nisi id qđ corresp̄ondet pñti nūc. sed nūc est indiuisibile. g̃ etiā motus. sed sic questio esset falsa. Vel dic tercio ⁊ hec est veritas ꝙ Aresto. volens dicere vnitatē motus dixit in hec verba. Motus dicit vnus q̄ indiuisibil' est fm tpus. id ē ex vnitate tpis arguit vnitas motus ⁊c.

Arguitur vltimo et tercio. pūcta indiuisibilia ponuntur vt suppono. et ꝓbat sexto phisicoꝝ. ergo etiā ponunt in ꝯtinuo. q; linea ⁊ corpus sp̄icū sunt ꝯtinua ⁊ in hūs necessario habēt poni. Vñ ꝯtinuū nō dividit in sp̄ diuisibilia. et ita cessabit sua diuisio. Respondet ꝙ ꝓcedēdo etiaz pūcta indiuisibilia esse in quolibz continuo sed solū mediata nō aūt imediata. q; vt sic darent ꝓma et vltima pars ꝓportional' qđ est ꝯtra p̄i⁹ dicta. ideo q; pūcta indiuisibilia licz sint in ꝯtinuo. nō tñ imediate. ⁊ sic adhuc est diuisibile in infinitas ptes. q; non dat punctū indiuisibile terminās sed bene continuās. Altius tñ de hac materia posset formari difficultas quā ad p̄sens obmitto. Ita ergo cū Aresto. ꝯcludit ꝙ infinitū in potentia est nō vero infinitū in actu nec naturaliter pōt esse. iij. phisi. t. j. celi. Sz nūc queritꝝ

Questio XVI.

Vtrū infinitā actu esse ma

gnitudinē et continuum esse actu diuisum in ptes infinitas implicet ꝯtradictionē. Primo est notandū fm mentē Aresto. ꝓma intelligentia sue deꝰ licz sit infiniti vigoris siue infinite potētie vt latius. viij. phisicoꝝ. nihil tamen agit sine causis secūdis et causa secūda nulla agit nisi coagente ꝓma. Vnde imaginat⁹ est rationabiliter Aresto. ꝙ ꝓma causa influeret actōem in secundā intelligentiā ⁊ secunda intelligentia influeret in celū. et celum in hec inferiora. Et vna istaꝝ causaꝝ nō agit sine reliqua. Ideo potentia dei fm mentem Aresto. licz esset infinita. q; nunq̄ cessabit influere nec exhauriet. tñ non erat nisi ad res naturaliter sc̄z mediantib⁹ causis secūdis exētēsa. ideo fm Arest. deus nō pōt ꝓducere infinitā magnitudinē. q; ōr. ij. de aia. Oīm a natura ꝯstantiū posit⁹ ē certꝰ status augmēti ⁊ decremēti. Et. j. celi. Nō est possibile corꝓ esse infinitū. Sz pietas nre religiōis q̄ vltra naturā ē elevata attribuit deo potētiā infinitā ad oia illa extēsam q̄ nō implicāt ꝯdictiōez. Ex hoc ꝙd positis in esse nō sequit aptā ꝯdictio. Immo pōt agere vlt̄ aliqd ꝓducere sine alio causa sc̄da. Quo mō loqt̄ auctor. ō cauſ. dicēs. Quicqd pōt causa ꝓma cū secūda hoc pōt seipa. Et hec appellat potētia dei absoluta fm sanctā theologiā. Raro aūt in effectib⁹ naturalib⁹ vtit ista potentia. propter qđ diuina mens certas vt cōmuniter dicit sibi instituit leges fm quas si opat et agit appellat potētia dei ordinata. De hūs potētijs an ī re idē sint ⁊ alia multa naturalis philosophia in ꝓposito phibuit dicere.

Phisi. III Questio XVI

Notandū scdo q̄ imaginatio de infinito ē multiplex, quod dam em̄ est infinitū i magnitudine. z hoc duplicit. q: vel fm̄ logitudinē tm̄ vt si esset linea q̄ incipet ab oriēte z ꝓsus occidentē, prenderet in infinitū. vel si ex pte oriētis et occidentis, prenderet in infinitū. Scdo si esset infinitum fm̄ oēs dimēsiones. s. qō occuparet oēm locū ante retro dextro:sū sinistro:sū sursum et deo:sum z ex omni pte. vt si spaciū extra celū in infinitū imaginatū esset aer vel aliud co:pus. Aliud esset infinitū in q̄litate siue intensiuū. vt si esset infinitus ignis ei⁹ caliditas etiā esset infinita. Aliud est infinitū fm̄ du rationem qō nō habuit p̄ncipiū neq; habebit finē. vt motus celi fm̄ Aresto. Aliud est infinitū in vigore siue fm̄ alios extra gen⁹ vel fm̄ effectōes sc̄z cui⁹ potētia agendi nō terminat vt deus fm̄ Arestotelē.

Respondet. ex pietate fidei et religionis nostre nō implicat ꝓ tradictōes si infinitū actu esset. hoc est de⁹ pōt ꝓducere infinitū in magni/ tudine et continuū diuidere in oēs suas ꝑtes. Etiā qōcunq; infinitū esse ñ implicat. Prima ratio. illud est possibile cui⁹ si exiterit actus nullū seq̄t im/ possibile ex. ix. metha. sed si infinitū esset nullū sequit impossibile neq; aliq̄ ꝓ dictio. q: nulla pōt dari. Alia rō. q̄cūq; hō pōt imaginari z qō nō implicat deus pōt ꝓducere sed infinitū pōt imaginari ꝛc. Alia ratio. esse infinitū nō repugnat magni tudini neq; multitudini neq; repugnat potētie dei. igit deus pōt ꝓducere infinitū. Alia ratio. mūdū stare eternū sicut dixit Arest. non implicat. et ꝓbabilē. viij. phisico:. sed de⁹ potuit oēs hoies q̄ fuerūt z qui erūt ꝓduare. Ergo erit actu infinita multitudo. sz infinitas ꝑtiū in reb⁹ exten sis arguit infinitatē totius. j. celi. et. j. phisico:. Alia ratio est cap. creet deus ꝑ totam horā in quolibet instanti co:pus pedale. tūc in fine hore erūt infi/ nita co:pa pedalia et quo hora habz infinita instātia. nūc ꝓtinuent ista z fiat vnū co:pus illud erit infinitū. Itē deus nō est minoris potētie hodie q̄z fuit a p̄ncipio mundi. sed totā machinam mundi creauit in instāti fm̄ sanctū Augustinū sup Genesi. igitur creet per totū diem et in fine continu/ et omnes mūdos in vnum co:pus tale erit infinitū. Alia ratio. deus potu it ante mundum creasse infinitum aerem super terram et omni parte et non sequitur aliquod impossibile. Secunda pars questionis probari potest eisdem rationib⁹ iam dictis. Vel sic. In quolibet continuo sunt infinite p/ tes actu distincte vt supra probatum est. ergo illas potest deus abinuicem separare. quia illa que sunt distincta possunt separi et separatim conseruari. Si ergo esset infinitum in actu in magnitudine: ipm̄ esset necessario crea/ tum in instanti. qua si alias esset factus haberet p̄ncipium et finem. ex quo successio requirit p̄ncipium et finem motus siue factōnis. Secundo si es/ set infinitum ipm̄ posset esse homogoneum vt infinitus aer vel ignis. z tūc eius leuitas caliditas vel raritas etiam esset infinitum intensiuum. Pos/ set tamen deus ipsum creare sine leuitate vel grauitate sicut est celum. Vel posset esse eutrogeneum. quia nihil repugnat. Tercio si esset infinitum ip/ sum est incorruptibile successiue. q: per ablationē nullius partis ꝓsumer et vl corrūpetur. alias nō esset infinitū. partes tamen in eo per ꝓtinuā altera/ tionem si esset eutrogeneum possent et corumpi et iterum regenerari. Itē etiam partes in eo possent rarefieri et condensari. non autem totum infi/ nitum. Quarto si esset infinitum impossibile esset illud moueri localiter

nō sursum neq; deorsum. q; tunc extra ipm esset locus. et esset finitū quod implicat. Non circulariter quia ite; regreret aliqd admin⁹ imaginatū extra se. Itē esset superficies ꝓpria terminatū quod repugnat infinito. Quinto si esset infinitū deus nō posset aliud creare eo existente. q; implicat ꝯtradictōem duo esse infinita in magnitudine. ex quo vnū sp esset terminatū alio vel in toto vel in parte. Sexto si esset infinitū ipm nō esset partim in celo et partim extra. q; vt sic vna pars esset terminata. Septimo implicat contradictōem q; numerus sit infinitus ea ratione q; est numerus. vt supra latius de numero. Octauo si esset infinitū ipm esset inuisibile et non coloratuz. q; vt sic extra ipm aliqd esset. imo color est extremitas perspicui in corpe terminato. Nono si esset infinitū quelibz pars in eo assignata esset media vltima z ꝓma. et hoc negatiue. q; non haberet medium principiū neq; finem. De dubitatōes exponūt rōem et essentiā infiniti si esset actu

Arguitur primo, et est ratio viridani. Infinitum si esset potentia dei esset exhausta. quia nō posset aliud ꝓducere vt supra ꝓcessum est Respondet licet deus nō possit vno existente infinito adhuc aliud ꝓducere tamē hoc nō est ex pte potentie dei q; esset exhausta. sed quia ipe res repugnant ex quo impossibile est duo infinita in magnitudine esse. Vel dicit q; deus posset illud vnū destruere et de nouo aliud ꝓducere Et ita signum est q; eius potentia esset inexhausta. quia tanta potētia est infinitū corrumpere quanta creare.

Arguitur secūdo. Si esset infinitū ipm esset infinite virtutis et non haberet principiū neq; finem. z sic deus ꝓduxit sibi omino simile quod implicat ꝯradictōem. Respondet possibile est q; esset infinite virtutis actiue. vt si ignis esset infinitus. neq; esset simile deo. q; deus esset independens ipm autē dependens. Item deus est eternus ipm autē si esset haberet principiū in tpe licz nō habeat principiū in magnitudine. Si ꝓo esset eternum nō ꝓductum infinite actionis z independēs ipm esset sile deo. si si esset essent multe differētie inter ipm et deū. Alia argumēta soluūt facile ex ꝓdictis.

Finis tercij physicorum
Incipit liber quartus

77

Imiliter autē et neces

se est de loco sicut de infinito cognoscere si est aut non. Iste est quartus liber phisicoꝝ Aresto. in q̄ tractat de passiõ onib⁹ extrinsecis rebꝰ naturaliū que sunt Locus: vacuū t tē/pus. Que dicunt passiones extrinsece q: extra corp⁹ natu/rale sunt t sibi nō inhereꝝ; neq; sunt ptes eius sed circūdant ip̄m sicut q̄ddaz extrinsecū. Et ꝑm hoc totus liber quart⁹ est diuisus in tres tractat⁹. In quoꝝ Primo determinat de loco. In secūdo de vacuo. In vl/timo de tpe. Prim⁹ ꝯo tractat⁹ cōiter diuidit in septē capitula vt in textu. In hūs septē capitulis decē ex ordie facit. Primo ad ꝓbm naturalē ptinet deter minare de loco: qm̄ determinat de motu locali q̄ nō pōt esse sine loco. Scōo ꝓbat q̄ locꝰ sit aliq̄d. Tercio q̄ locꝰ habet vim ꝓseruatiuā locati, q: corpꝰ ex tra suū naturalē locū existēs ad ip̄m mouet. Quarto distinguit locuz in cōez et ꝓpriū. Quinto ponit q̄t modis aliq̄d sit in alio vt facili⁹ intelligat quō cor pus sit in loco. Septimo ponit q̄sdā ꝓditiones loci ꝓprias q̄ infra patebūr. Octauo ꝓbat q̄ locus sit termin⁹ corꝑis ꝓtinēs. Nono q̄ locꝰ sit imobilis t ibi infert diffinitionē loci. Vltimo infert q̄ totꝰ mundus nō sit in loco: sup q̄ primo tractatu mouebunt ex ordine multe q̄stiones. Et q: dicit hic Aresto. q̄ vnū elemētū sit locꝰ alterius t in vna ꝓpietate loci dicit q̄ locꝰ debeat semp esse eq̄lis locato q̄ tm̄ videnꝫ repugnare. Jdeo q̄rit Primo

Questio i

Vtꝝ quilibet locus sit equa/

lis suo locato. Pro q̄ est Notandū primo q̄ Locꝰ ꝓprie est duplex scz materi alis t formalis. Locꝰ materialis vel ꝑm alios locās vltimū est nihil aliud q̄ cor pus ꝓtinens t circūdans locatū. vt. iiij. phisi. celū est locꝰ elementoꝝ et vnuz elementū est locꝰ alterius. Et. j. celi. t. viij. phisi. Oēs tā barbari q̄ greci eū locū attribuūt deo q̄ sursum est. Alius ꝺr locꝰ formalis vel ꝑm alios locās primū t est superficies interior corꝑis circūdantis locatū vt superficies concaua aeris est locꝰ hois si ip̄m circūdat. t superficies ꝯcaua spere lune est locus for/malis ipsi⁹ ignis. Materialis ꝯo locꝰ est tota spera lune. et sic locꝰ formalis semp est superficies interior loci materialis: imo ei⁹ accidens. Secūdo locꝰ ca/pit imꝓprie siue methaphorice. t hoc triplicater. Primo cōuniter pro illo penes qō aliq̄ res esse ꝺr. vt locꝰ petri est angulus in stuba q: ipse est circa an gulū. locꝰ tunicaꝝ est cistella. locus dei est celum. t ille modus ponitur ꝓpter vulgares. Secundo locꝰ ꝺr efficiens scz ipsa virtꝰ que est in aliq̄ loco ipsum locatū ꝓseruans hoc est conuenientia cum ipso locato. vt locus hominis est esse in aere t non sub terra. locus graminis est circa aquā vel terram humidam. Tercio locus ꝺr finalis scz terminus ad quē motus localis naturalis. vt lo/cus grauiū est terra: leuiū ꝯo sursum. q: grauia finaliter mouent vt deo sum in suo loco q̄escant. Jta patet quomodo diuersimode intelligant auctores/ tes de loco. dicit em̄ cōmentator: centrū terre est locus celi. t intelligit de loco methaphorice sumpto. quia penes centrum terre vel terram que q̄iescit iu dicatur celum moueri. Item locus t pater ꝑm Porphiriuz sunt p̄ncipia ge/nerationis: ipse intelligit de loco efficiente. sicut etiam loquunt medici dicen

tes suis infirmis ⁊ patientib⁹ q̄ debeāt mutare locū siue aerem. q: vnus ap⁹ plus ꝓseruat hominē q̄ alter vt est experientia. In ꝓposito aūt p oēs q̄stiones fit mentio de loco formali. vt etiam patebit p ꝓpietates loci circa suam diffinitionem.

Notandū est secundo q̄ fm Aresto. v. metha. Equalia dicunt quoꝝ eadē est quātitas. Vnū locū imaginat esse equalis suo locato per tres modos. Primus: qui locus sit equalis locato fm ꝓtinentiam sc̄z q: hec superficies q̄ locus est ꝓtinet aliquod corpus siue locatū ⁊ in eadē dispositione inuariata nō potest ꝓtinere corꝑ maius. vt superficies interior cantri cōtinet certā quantitatē aq: ⁊ fm eandē dispositionē nō pōt ꝓtinere maiorē quātitatem. Si em̄ aq̄ rarefieret p calorē exiret eundē locū. ita etiā superficies spere lune ꝓtinet ignem: ⁊ fm eandē dispositionē nō pōt ꝓtinere maiorē ignē. Scdo locus imaginat equalis locato fm lineā mēsurabilē. vt si esset possibile q̄ linea extenderet fm lōgitudinē p totā superficiē q̄ est locus ⁊ etiā extenderet superficiē exteriorē locati: tunc talis linea esset equalis lōgitudinis: ergo superficies interior corꝑis circūdantis locatū ⁊ superficies exterior locati essent equales in longitudine ⁊ latitudine. Tercio locus imaginat equalis locato fm mensurā diametri. vt si esset diameter transiēs p mediū locati vsq̄ ad ambas superficies oppositas ipsius locati sc̄z ex vtraq̄ parte ista linea siue diameter esset eq̄lis longitudinis cū illa q̄ tāgeret superficiē ꝓcuā ipsi⁹ loci circundātis locatū ergo inter superficiem loci ⁊ superficiē exteriorē locati nihil mediat sed vna imediate tangit aliā ⁊ est simul cū alia p indistantiā. Hoc vult Aresto. iij. huiꝰ dicens. Simul cū locato locus est. Et auctor ser ꝓncipioꝝ. Locus est in eo qō capit ⁊ circūscribit. Illud em̄ nō potest intelligi de loco materiali. q: duo corpora in eodem loco esse nō pñt. iij. phisicoꝝ. Sed diceres: tū dicit Arest. vj phisi. Cum due linee fiūt imediate statim fiūt vna linea vel superficies. g̃ superficies loci ⁊ locati non sunt imediate. Respondet q̄ Aresto. loquit fm considerationē mathematicoꝝ qui dicunt q̄ superficies due put sunt termini q̄ntitatis continue tunc non possunt esse imediate. secus est si superficies due considerant fm q̄ sunt termini corporis naturalis. sicut in ꝓposito fit. Sicut ergo locus habet superficiem talem vel talem: ita locatū habet superficiē talem vel talem ⁊ ei simile huic pcise correspondentē: ⁊ talis superficies locati appellat locatū formaliter siue locatū imediatū. Vnde questio non querit de loco materiali ⁊ locato materiali. q: sine dubio illa essent inequalia. vt patet de spera ignis ⁊ spera lune. quia spera lune que est locus est multo maior spera ignis sed intelligit de loco ⁊ locato formaliter siue p superficiebꝰ sumptis.

Conclusio. Omnis locus formalis est equalis suo locato formali. id est quelibet superficies ꝓcua corꝑis circūdantis et superficies cōcaua corꝑis circūdati sunt equales fm omnes modos imaginandi supra positos. Probat auctoritate Arest. iij. huius q̄ ponit vnam ꝓpietatē loci ⁊ dicit q̄ locus non debeat esse maior nec̄ minor locato sed equalis. Ratione tali. Si locus esset maior locato: esset vacuum inter latera loci et locati quod est impossibile naturaliter. iij. huius. Si ꝓo esset minor: fieret penetratio corporum sc̄z loci ⁊ locati que est impossibilis: ergo iij. huius. ergo locus est eq̄lis locato.

Arguit primo. Locus nō est equalis locato. quia omne cōtinens debet esse maius cōtento. sed locus est ꝓtinens: locatū ꝓo contento

Item locus cum sit superficies est solum mensurabilis duab⁹ dimensionibus sed locatū cum sit corpus est mensurabile trib⁹ dimēsionib⁹ ⁊ q̄ntitas vnius excedit quantitatē alteri⁹. Respondeꝯ q̄ argumentū ꝓbat q̄ locus formalis non sit eq̄lis locato materiali. ⁊ illud non negat q̄stio. et ecōtra loc⁹ materialis nō est equalis locato formali.

Arguit secundo. Vnū elementū est loc⁹ alterius et tū vnū est maius alio. ergo locus non est equalis locato. Respondeꝯ q̄ vnū elementum est locus materialis alterius. ⁊ de illo loco nō loquit̄ conclusio. Vltī superficies inferior sperę ignis est equalis superficiei conuexe sperę aeris. ⁊ illud vult conclusio huius questionis.

Arguit̄ tercio. Locus cōmunis non est equalis locato, q̄a ille habet solū vnam superficiem. sed cum locata sint plura: habebūt plures superficies. ⁊ sic plures superficies erunt maiores vnica superficie. Respondeꝯ negādo. quia in cumulo lapidū licet quilibet lapis habeat ꝓpriam superficiē: vnus latam: alter acutam: alter tortuosam. tū superficies aer̄ imediate lapides circūdantis correspondet directe illis oibus superficiebus lapidum. ⁊ sic necessario est equalis eis. Aresto. ergo sepe in hoc quarto dixit cōsiderationez de loco esse difficilem quia ꝓiores confuse de loco diserunt ⁊ nihil certi relictū erat Ideo Aristoteles in capitulo quarto tractatus primi posuit quasdaꝫ ꝓpietates loci: vt ex illis melius ⁊ facilius ratio loci intelligeretur: tandem inquirens duas clausulas in diffinitione loci ponēdas sc̄z q̄ locus sit terminus corpis continentis ⁊ q̄ sit imobilis. Ideo ante diffinitionem loci duo q̄runtur. Primo

Questio II

Vtr locus sit terminus sive

vltimum corpis continentis. Vbi nota q̄ Aresto. capitulo secundo primi tractatus ponit duas opiniones de quiditate loci. Prima eī opinio quam ascribit Platoni dixit q̄ locus sit materia prima. Primo. quia locus videtur esse distantia inter latera locantis ⁊ locati. sed talis est materia prima. ergo materia prima est locus. Secundo: si a locato sepentur qualitates ⁊ quantitates ⁊ forma tunc remanet materia ⁊ etiam relinquit̄ locus: per casum positum. igitur materia est locus. Tercio ⁊ est ratio Platonis in thimeo Locus recipit omnia locata. et materia recipit omnes formas. ergo materia est locus. quia conueniunt in recipere. Aresto. istam opinionē improbat multis rationibus. quia materia ⁊ forma non sepantur a re cuius sunt. sed loc⁹ sepatur a locato. ergo locus non est materia locati. in loco eī vbi prius erat aer iam est aqua. Vnde dicit q̄ locus non est pars locati neq; accidens. Item quelibet res naturalis mouetur ad suum locum naturalem sursum vel deorsum. sed nihil mouet̄ ad id quod habet sicut est materia et forma. ergo materia non est locus. Item moto aliquo mobili non mouet̄ necessario locus. sed materia ⁊ forma necessario mouent̄ ad motū mobilis. ḡ materia nō est loc⁹. Secūda opinio dixit q̄ loc⁹ sit forma locati. q; sicut loc⁹ finit: continet: ⁊ terminat locatū. ita forma terminat et ꝓtrahit materiā ad certaz speciē. sed tū non sequit̄ q̄ locus terminat locatū ab extra in re separata a locato, forma vo terminat materiam intrinsece ⁊ in eadem re cuius est forma.

1ᵐᵘˢ opinio

2ᵐᵘˢ opinio

Terciã opinionẽ que dixit ꝙ locus sit spacium inter latera locantis et locati Arest. improbat in capto quinto. qr si sic: tunc infiniti essent loci simul: cuz infinite essent ptes z qlibet haberet tale spaciũ. Itẽ illud spaciũ esset longuz latũ z pfundũ. z sic duo corpa penetrarẽt se qđ est impossibile. ttiũ huiꝰ. Itẽ si locus esset distantia vel spaciũ inter latera ꝓtinẽtis: locus esset mobilis ad motũ ipsiꝰ ꝓtinentiz z similr ꝓtenti. cuius oppositũ ꝓbat Arest. Ideo Quarto infert Arest. ꝙ locus est terminus corpis continentis id est locꝰ est vltima superficies corpis cõtinentiz locatũ. Probat. qr locus non est materia forma neqz spaciũ vt pbatum est. ergo necessario est corpus ꝓtinens. z ꝺ: locꝰ materialis: vel eius superficies interior z est locus formalis. Antecedẽs patet et sufficiente diuisione. Terminꝰ ergo hic debet capi ꝑ vltima superficie interiori alicuius corpis. Superficies aũt est duplex scz Cõuexa siue superior vel exterior ꝙ videlicet termiat corpus in pte superiori in ꝙ est subiectiue sicut accidẽs vt superficies spere ignis in pte superiori vbi est ꝓtiguus spere lune. Alia est superficies cauua siue interior scz ꝙ termiat corpus in ꝙ est subiectiue in pte inferiori. vt superficies spere lune circa superemã prẽ ignis. Quelibet aũt harum superficierũ potest esse vel plana vt in mensa: vel conuexa aut angularis vt in cochlea: vel circularis vt in speris celestibꝰ. Locꝰ ĝ nunqz est superficies cõuexa sed sp concaua directe correspondens superficiei ꝓtinentis ipsius locati. Sunt tñ ꝺdaz qui materiã respectuũ z formalitatũ magnifaciũt: ponẽtes sex entitates a seinuicẽ distinctas: tres i loco: z tres i locato. In loco eñ est ipsa superficies siue entitas superficiei. Scõo est locatiuitas loci. qr pt recipe z ꝓtinere corpꝰ. Tercio ẽ locatio actualis. qr locꝰ actualr ꝓtinet locatũ. In locato aũt Primo est entitas locati siue ipm locatũ. Scõo est locabilitas: quia potest ꝓtineri ipm locatũ siue locari. Tercio est locatio passiua: qr locatum actualiter locat z continet. Ideo diffinientes locũ: dicunt. Est entitas respectiua a superficie corpis locãtis realiter distincta z in corpe locante subiectata. Videt tñ hoc esse manifeste cõtra Arest. in textu z oẽs pprietates loci. imo ille respectꝰ nõ est in re ipsa sed in ipso intellectu hoꝝ ꝙ ipm imaginant. An ĝ respectus sit locus z contra: z an respectꝰ aliqđ sit vel nihil: z an Aresto. vnqz de respectibꝰ aliqđ meminerit: ipsi inter se disceptent methaphisici non aũt naturales siue phisici.

Respondet ad questionem. Locus est terminus corpis cõtinentis. Patet auctoritate z rationibꝰ supra adductis. et declarabit infra in diffinitione loci.

Arguit primo. Materia est locus, quia sicut locus recipit indifferenter oia locata: ita materia recipit indifferẽter oẽm formã. Itẽ sicut materia est nullius actiuitatis: ita locus nullius est actiuitatiz. qr cum sit superficies est quantitas. sed q̃ntitas fm cõmentatorẽ non est de genere actiuoꝝ. Respõdet: licet ꝙueniat in recipiendo materia z locꝰ aliqualiter: tñ etiã differunt. qr materia recipit formã subiectiue z ex materia z forma fit vnũ per se. sed locꝰ nõ recipit locatũ subiectiue neqz facit vnũ cũ locato: cum sint in diuersis subiectiz. Itẽ: licet locus, put est ipsa superficies absolute nullꝰ sit actiuitatis: tñ vna cum ꝓtute ꝙseruatiua est alicuius actiuitatiz.

Arguit secũdo. Locꝰ et superficies sunt diuerse species fm Arest. in ꝑdicamẽtis. ĝ locus nõ est terminꝰ siue superficies. qr diuerse species non verificant de eodẽ. Rñdet ꝙ Arest. in ꝑdicamẽtiz loquit fm opinionem antiquoꝝ ꝙ dixerunt ꝙ locus esset spaciũ inter latera ꝓtinentis. hic ꝓo loqui

tur fm opinionem ꝓpriam: imo seipsum hic quodāmodo corrigit.

Arguit̄ tercio. Si locus esset superficies tūc non esset equalis locato. q; locatū est corpus z mēsurat̄ tribꝫ dimēsionibꝫ. sed superficies mēsurat̄ duabꝫ dimensionibꝫ tm̄. Rndet̄ q; locꝰ sit eq̄lis superficiei locati: non aūt locato materiali, vt in q̄stione latius claruit ꝓiori. Secundo queritur

Questio iii

Vtrum locus sit immobilis

Vbi Notandū q; aliq̄ volentes saluare Aresto. in hoc q; locꝰ esset simpliciter imobilis: dixerūt q; locus est distantia sumpta a tribꝫ imobilibꝫ punctis scz polo arctico: polo antarctico et cētro mūdi. Hec em̄ distantia formaliter est fm illos imobilis: cum tria pūcta sint imobilia. Hec tn̄ opinio est falsa z sola imaginatio. q; licet centrū mundi sit oino imobile in rei veritate nō aūt poli nisi ad imaginationē nostrā: qm̄ q̄libet pars celi actu mouet. sed polus imaginat̄ pars celi: licet imaginet̄ imobilis. Item illa distātia vel est accidēs vel substātia. Si suba: tūc mouet. q; fm Arest. ois suba est mobilis ꝓter deum: intelligentiā z terrā. Si accidēs: g̃ pōt moueri ad motū sui subiecti. vel successiue esset in diuersis subiectꝭ. Alij fuerūt etiaz volētes simplr̄ dicere locū esse imobilem: renentes q; locus esset q̄daz relatio siue q̄dam respectus loci ad locatū distinctꝰ a superficie loci z ille est imobilis. Sed hoc ipsoꝝbat. q; locus est ipsa superficies loci sed respectus non est superficies vt ipsi dicunt. Itē non ꝓtinet locatū. Itē nō est vltimū corpis vt Aresto. locū dicit habere has et similes ꝓprietates. Ergo vt videt fuisse mens Aresto. z sui cōmentatoris hic est q̄rendū quō z q̄re Arest. dixerit locū esse imobilē. Et respondet̄ breuiter q; phi deuenerūt in cognitionē loci q; sit imobilis p motū localē. q; si mobile mouet̄ ad suū locū naturalē necesse est vt locus suus q̄escat. q; si etiā moueret̄: nunq̄ mobile ipm̄ attingeret ꝓfecte neq; in eo q̄esceret. Vñ dixerunt locū imobilē. z illud marie habet veritatē in loco efficiente siue ꝓtute conservatiua ipsi⁹ locati: poterit tn̄ applicari ad q̄libet locum.

Notandū secundo. Locū esse imobilē potest intelligi Primo q; oino nō sit mobilis aliq̄ modo. z sic nō intelligit̄ ꝓsens q̄stio. q; solū deus z intelligentia sunt imobiles id est nullo modo mobiles fm mentē Arest.

Scōo locus dicit̄ imobilis q; non est mobilis per se sed solum ad motum sui subiecti in quo est. sicut q̄libet accidens est imobile per se: quia nō mouet̄ nisi ad motum sui subiecti. Tercio locus dr̄ imobilis q; non mouet̄ ad motū sui locati. Et hꝫ vltimis duobus modis potest intelligi q̄stio ꝓsens et Aristoteles dicēs locum esse immobilem.

Respondet̄ ad questionem. Locꝰ formalis est imobilis per se. Vel: est imobilis ad motū sui locati. Patet p Arest. hic dicentē Vult aūt locus imobilis esse. Ratione tali: q̄quid per se non habet esse non habet p se moueri. q; abnegato actu ꝓmo abnegat̄ actꝰ secundus. sed locus cū sit accidens nō habet p se esse. vij. metha. igit̄ nō potest per se moueri. Est tn̄ verū q; locus est mobilis per accidens scz ad motū corporis in quo est. quia omne accidens mouet̄ ad motū sui subiecti. et ꝓclusio intelligit̄ de motu locali. q̄a certū est q; locꝰ cū nō sit materia est generabilis z corruptibilis ergo p se mobilis. Pro intellectu g̃ maioꝝ ꝓclusionis sequit̄ Primo q; locus et materia

alis ꝛ formalis mouef locato nō moto vt turris beate virginis nō mouetur et tñ aer ipsam circundans cōtinue mouef. Et ecōtra locatū mouef ipso loco nō moto. vt vinū in vase potest moueri etiam localiter cū bullit ꝛ vas deſcit. Vlñ ſequit ꝙ aliq̄ res eſt ꝓtinue in alio ꝛ alio loco ꝛ tñ nō mouef. vt turris. Item aliq̄ res eſt ſp in eodē loco ꝛ tñ mouef localiter. vt ignis mouef circulariter in ſua ſpera ꝛ ſemp eſt in ſupficie ſpere lune. Secūdo nō eſt poſſibile locatū exire locum ꝓpriū ſine motu: vt patet inductiue. licet locatum poſſit eſſe in alio ꝛ alio loco ſine ſuo motu. vt turris. ergo ꝛcludif ex p̄dictis ꝙ locatum poteſt moueri: ita ꝙ ſuum motū nō ſequif loc⁹ vt ſpera ignis ꝛc. Item locus poteſt moueri ſine motu locati vt aer circūdans turrim. q: aer talis mouef ꝛ turris deſcit. Hoc tñ verū eſt ꝙ frēqnter ad motū locati etiā ſequif motus loci. ideo ꝛcludif ꝙ loc⁹ eſt imobilis id eſt de ratione loci eſt ꝙ non moueaf ad motum locati.

Arguif primo. Locus eſt mobilis quia vnum elementum eſt locus alterius. ꝛ celū eſt locus elementoꝝ. iiij. phiſicoꝝ. ꝛ tñ mouenf. Reſpondef ꝙ vnū elementū eſt loc⁹ materialis alterius: ꝛ locus materialis mouef etiam ꝑ ſe. ſed queſtio intelligif de loco formali q̄ nō mouef ꝑ ſe ſed ſoluꝫ per accidens.

Arguif ſecūdo. Omne corpus eſt per ſe mobile. iiij. phiſicorum. ſed locus eſt corpus ſm autorē ſex p̄ncipioꝝ. igif eſt per ſe mobilis. Reſpondef ꝙ locus eſt corp⁹ in q̄ntitate q: eſt ſupficies ſed Areſto. intelligif de corpe in ſubſtantia ſcꝫ. p re cōpoſita ex materia et forma. omnis em̄ talis eſt per ſe mobilis.

Arguif tercio. Phiſicus habet conſiderare de loco. tercio ꝛ quarto phiſicoꝝ. ſed entia non mota non ſunt phiſice conſideratiōis. ij. phiſi. Reſpondef ꝙ locus non ſit oino imobilis: quia mouef per accidens ad motum corporis cōtinentis. Ergo Areſt. ij. phiſicoꝝ intelligif ſic ꝙ entia q̄ non ordinanf ad motum actiue vel paſſiue ꝛ que non mouenf per ſe vel per accidens iſta non habet phiſicus conſiderare. Ergo patet ex p̄dictis queſtionibus ꝙ locus ſit terminus corpis contines. et ꝙ ſit immobilis. Vnde ex illis infert Areſto. diffinitionē loci. ꝓterea queritur conſequenter

Queſtio iii

Vtꝝ diffinitio loci Areſtotelis ſit ſufficiens in qua ꝺ:: eſt terminus corpis ꝓtinentis imobilis p̄mū. Circa quam eſt notandū ꝙ anteq̄ Areſt. diffinitionē loci inferat ponit ſeptē p̄ꝓprietates loci ſiue ꝛditiones ꝛ duas clauſulas in diffinitione loci ponendas. Prima ꝓprietas ꝙ locus ꝓtineat locatū. ꝛ ſic vacuum nō eſt locus quia nihil cōtinet. Secūda locus non eſt aliq̄d locati neq̄ ꝑs neq̄ accidens. Vbi dicit cōmētator ꝙ p hanc ꝓprietatē locus differt a materia ꝛ forma. q: illa ſemp ſunt aliquid iſtius rei cuius ſunt materia ꝛ forma. Tercia locus nō eſt maior neq̄ minor locato ſed equalis vt ſupra patuit. Quarta ꝓprietas locus nō deficit vnicuiq̄ locato. id eſt omne locatū eſt in loco et quilibet locus continet locatum. quia dicit ibidem cōmentator: locus ꝛ locatū ſunt relatiua et qui vnum aufert: aufert ꝛ reliquū. Quinta locus eſt ſeꝑabilis a ſuo locato

vt quia superficies mouetur ad motum corporis continentis: corpus autē cō/
tinens aliud potest ab eo separi vt aera turri. Immo pōt locatū separi a lo/
co. t hoc est intelligendū successiue. quia vnus locus potest successiue recipe/
re plura corpa. ergo potest separi a quolibet illoꝝ. Sexta ꝓprietas q̄ quili/
bet locus habeat sursum t deorsum. Dicit em̄ Arest. iij. t. iij. phisicoꝝ. simi
liter. j. celi. Loci differentie sunt sursum t deorsum ante et retro dextrorsuz t
sinistrorsum. t ille positiones accipiunt in loco fm situ locati. Vltima ꝓprie
tas Vnūquodq̄ corpus naturale mouetur ad suum locū naturalem t quie/
scit in eodem. Vbi dicit cōmentator. omne corpus habet locū naturalē t non
naturalē. t si est extra locum naturalem oportet q̄ moueatur in eum sc̄z sinō
phibeā. sed si est in tali loco oporteat vt q̄escat. Prima clausula. Locus est ter
minus siue vltimū corpis cōtinentis locatum. Secunda. Locus est imobi/
bilis. Et sufficienter sunt declarate in p̄dictis duab⁹ questionib⁹.

Notandū est secundo q̄ superficies immediate circundans
aliquod corpus pōt esse vna vnitate ꝓnnitatis sc̄z quia est superficies vni⁹ cor/
poris circūdantis aliud tm̄. vt superficies aeris circundantis glebam ex omni
parte. Vel potest esse vna vnitate contiguitatis sc̄z quia est plures superficies
plurīū corpoꝝ circūdantium locatū: quarum vna est immediate ꝓtigua alteri
Exemplū. Si baculus sit infixus in fundum aque et pars supior sit in aere:
inferior in terra sub aqua: tūc ille baculus habet tres superficies sc̄z terre aque
et aeris que omnes dicunt vna superficies totalis totius baculi. ita etiam est
de clauo infixo in ligno. Idem est de homine stante in aqua vsq̄ ad umbili/
cum. t de multis alijs similibus. Ita etiam est dicendū de superficie ipsi⁹ lo/
cati que est vna simpliciter quia est vnius corporis tm̄. vel est vna fm q̄d vel
vnitate cōtiguitatis quando plura sunt corpora vnum locatum aggregatū
ꝓstituentes quorum tm̄ quodlibet habet superficē ꝓpriam. Arestoteles hic
debet intelligi vtroq̄ modo de superficie. Et quibus patz q̄ sicut vna super/
ficies simpliciter que est locus potest continere plura corpora in moduz vni/
us locati vt superficies aeris circūdantis cumulum lapidum: ita etiam vni
us locati simpliciter possunt esse plures superficies ipsum circundantes que
omnes vnum faciunt locum. vt de baculo infixo in aquam vt supra. Vnde
Arestoteles in principio secundi capituli tractatus primi posuit duplicē lo/
cum sc̄z cōmunem t ꝓprium. Locus cōmunis fm Arestotelem est qui con/
tinet plura corpora inuicem separata et distincta. vt celum est locus cōmunis
elementorum t mixtorum. Locus vo ꝓprius est qui continet vnum loca/
tum siue corpus tm̄. vt aer immediate circūdans hominem nudum. et licet
aer continendo hominem etiam contineat multas immundicias siue super
fluitates que sunt in homine et suis poris: tamen homo censetur vnum cor/
pus sensibiliter. Dicit em̄ cōmentator. Dimittere sensum et querere rationē
est signum diminuti intellectus. Immo quod in pauco distat in nullo distare
videtur. ergo vt ex Arestotele hic colligitur Locus ꝓprius est vni⁹ cor/
poris contentiuus. Locus cōmunis qui plura continet corpora. Eodē mo/
do locatum est duplex Proprium sc̄z quod vnicuz est corp⁹. Cōmune: quod
est ꝓgregatū ex plib⁹ corpib⁹. Hijs breuiter ꝓmissis debet diffinitio sic itel/
ligi. Locꝰ sc̄z formalis est termin⁹ id est vltima superficies corpis ꝓtinēs id est
corpis circūdāt⁹ locatū: primū. i. immediate: imobilis sc̄z ad motū locati. vel
imobilis sc̄z p se. id est Locꝰ formalis est vltia superficies corpis circūdantis

locatū que corpus circūdat immediate. ꝛ est immobilis ꝑ se. Locus ḡ differ
nitur ꝑ suam passionē. quia locꝰ est ꝓpria passio superficiei. et in re idem sunt.
Dicit primo formaliter. q; omnis locꝰ siue ꝓpriꝰ siue ꝯmunis siue naturalis vel vi
olentus hic diffinit si est formaliter id ē ipa superficies. Et sic excludit locꝰ mate
rialis qui est substātia et nō superficies. Dicit corpis circūdantis immediate ꝑ
pter superficiem exteriorē siue conuexam que nō est locus respectu corpis sub
ea. quia locus debz esse semp in locante superficies interior siue ꝛcaua. et sic
ꝑmū debet exponi ꝑ immediate. Alie clausule declarent et ꝑdictꝫ qstiōlb.

Respondeť ad questionē, diffinitio loci est sufficiēs ꝛ bona

Patet auctoritate Aresto. iiij. huius vt supra. Et ꝓbať ratione ꝑ septem cō
ditiones supra positas ꝛ ꝑ ꝛditōes bone diffinitōis. Sed dicit primo tñ dī
cit Aresto. in h qrto. Corpa naturalia mouentur ad sua loca naturalia ꝑ
pter ꝛuenientiā in ipis. quō ḡ locus est superficies cum omes superficies sint
eiusdē ratōnis ꝛ corpus naturale nō maiorē habet ꝛuenientiā cum vna q̄
cum alia superficie. Respondeť ꝙ Aresto. diffinit locū put est pura superficies
nō habendo respectū ad qualitatē in ea existentē. Vnde sic omes superficies
sunt eiusdē speciei. Sed in auctoritate allegata aristoteles capit locū pro ipa
superficie vna cū qualitate ꝛseruatiua in ea. ꝛ sic superficies distinguunť specie
abinuicē: quia vna est saluatiua alia corruptiua locati. Ita etiā primo modo
intelligiť ꝓmentatoꝛ. iiij. physicoꝝ dicēs. Quātitas nō est de virtutib⁹ acti
uis: sed locus est superficies et superficies est q̄ntitas ꝛc.

Arguitur primo, Aresto. iiij. huius dicit, Celum nō est locꝰ

sed vltimū celi est superficies ꝛueta. ḡ locus non est superficies concana vt dicat
diffinitio. Rñdetur ꝙ ꝑ vltimū celi Aresto. nō intellexit superficiem ꝛueram
vltime spere. q; alias celū esset in loco quod ipe hic negat. ꝛ sic sibi ꝑpi ꝛtradi
ceret. Ideo ꝑ vltimū celi intelligiť superficies interior siue ꝛcaua ipius celi vt
superficies cōcaue spere lune est locus ignis. non autē superficies ꝛueta. Et sic
vult dicere aristoteles ꝙ celū nō est locꝰ formalis sed eius superficies interior

Arguitur secūdo, aliquis est locꝰ nullū corpus continens:

igiť diffinitio nō est sufficiēs. ꝓbať quia superficies aeris q̄nte horā corpus
ꝛtinuit et tā nō continet amplꝰ est locus. igiť. Respondeť ꝙ non sit locꝰ qa
nullū locatū continet. locus em semp continet locatū. et omne locatū habet
locū vt dicit qrta ꝓprietas ipius loci supra.

Arguitur vltimo. locatū est corpus et locus etiā est corpus

quia superficies ſm philosophos in rei veritate etiam est corpus in quantita
te. sed locus est simul cū locato. ergo duo corpa penetrant se et sunt in eo ꝏ
dem loco cōtra Aristotelē. iiij. physicoꝝ. Respondeť ꝙ locus ꝛ locatū sunt
simul. quia inter superficiē loci ꝛcauam ꝛ superficiem cōuexam locati nihil
mediat. nō autē sunt in eodem loco. Vñ simul in auctoritate nō debz dicere
simultatē loci sed simultatē indistantie.

Questio V.

Vtrū terra sit in aqua sicut in loco ꝓpꝛio ꝛ naturali.

Notandū est ꝙ Aristoteles in capitulo sexto

tractatus primi declarat quō diuersa corpora sint in loco z que z que non. Tandem primā partē capituli cōcludit dicens. Et propter hoc quidē terra in aqua hec in aere. hic vero in ethere. hic vero in celo. Celū autē non amplius in alio est. Unde dicimus cōmuniter q vnū elementū sit loc⁹ alterius. Ergo primo querit quis sit locus naturalis terre. Secūdo an virtuma spera sit in loco.

Ubi aduerten dū primo q locus est duplex, scilicz naturalis z violētus. Naturalis siue quiescens dicit in quo locatū melius conseruatur. vel vbi naturaliter quiescit. vel ad quē mouerek si esset extra ipm. vt locus deorsum est naturalis ipo grauiū. locus vero sursum est naturale leuium. Grauia em naturaliter quiescūt in terra. et ibidem meli⁹ recipiunt cōseruatōnem sui. quia quiescūt cum terra in gravitate. sed oē sile iuuat a suo simili. Ideo dicit cōmentator primo celi. Omne mixtū mouek ad motum elementi pdominātis in eo. ergo etiā conseruak per ipm si est in eo. Nō ergo locatū locak in loco sibi cōuenienti et naturali tunc dicimus ipm esse i loco suo fm naturam ppriā. Unde natura ppria ipius locati correspondet loco naturali. Alius est locus violentus siue discōueniens scz in quo locatū quiescit violēter. vel in quo nō ita bene recipit sui cōseruatōnem sicut in alio loco. Et hoc cognoscit ex hoc. quia si esset in loco z remouerek prohibens: locatum mouerek naturaliter ad alium locum scz naturalē. vt aer inclusus in terra est in loco violento. quia si aperitur terra eralat naturaliter. et licet alius subintret vel prior nō totaliter exeat. hoc tamen nō est a natura ppria aeris sed a natura cōmuni: scz ne cōmittatur vacuum. Item lapis existēs in aere super columnā est in loco violento. quoniā remota colūna naturaliter mouetur deorsum ad locum naturalē ad centrum quantum ppe potest. Hanc distinctiōem tetigit cōmentator dicens. Omne corpus habz locum naturalē z non naturalē. Pro cognitōne autē predictor est sciendum q natura ppria rerū naturaliū cognoscit ex motu eaz ex qualitatib⁹ primis et secundis motiuis. scilicz gravitate z leuitate. ex raritate z densitate. Omne enim graue a natura ppria mouetur deorsum leue vero sursum. Oē densius vel grauius a natura ppria quiescit sub leuiori et rariori. Omne qō mouetur sua sponte sursum vel deorsum taliter mouetur a natura ppria sua. et quantū est possibile mediantib⁹ hijs et similib⁹ nititur seipm conseruare i esse. Et sic natura ppria sumit ab esse individuali. Natura vero cōmunis cognoscitur potissimū ex ordinatōne vel deordinatōe totius vniuersi vel vni⁹ speciei. tota em natura oēs species nititur conseruare in esse. Ideo locat res naturales siue individua in ea loca vbi melius recipiāt sui conseruatōnem nisi quādoq; ppter quandā deordinatōnem que ad talē locum sequeretur. ideo quia natura abhorret vacuum tanq; quandam deordinationē in toto vniuerso. Propterea a natura cōmuni rarius et leuius quiescit cōtra naturā ppriam sub grauiori. et leue mouek deorsum: vt aer ad concauitates terre. et graue sursum vt trahendo aquā per calamū. prius enim trahitur aer. et ne cōmittatur vacuū subsequitur aqua. Item penetratio dimensionum et corporū est quedam deordinatio. ideo ne ista contingat sepe contentum corrūpit cōtinens vel expellit impediens ipm exire. vt aer in bombarda calefactus ab igne mediāte pulvere maximo impetu repellit globū. et vinum rarefactū per vectionē destruit vas. Unde breviter res naturales actu sunt locate. alique a natura propria vt ignis in sua spera. alique a natu

ra cōmuni. vt aer in viscerib⁹ terre ne cōmittatur vacuū. Antecꝫ em̄ na/ ra admitteret hanc deordinatōem in vacuo res circa ipm̄ existens corrū pe/ retur in partes minutissimas ⁊ ipm̄ repleret. quia per vacuū res non pos/ sent conseruare. necꝫ aliqua actio posset in eo fieri. Influentia em̄ celestis que omnes res sub spera lune cōseruat nō posset p vacuum influere. De in fluentia autē quid sit: quomodo influat: et quot sint necessario ponende. q̄ modo etiam in diuersa climata influāt impresentiarū derelinquo. cum du/ bium nihil de talibus querat. sed solet hoc cōmuniter dici. j. methauror⁹. ⁊ libro de ce lo et mundo.

tiate numerali materie. Secundo patet q̄ vitrū non est rarū sed densum.
quoniā habet multā materiā sub parua quantitate. est autem perspicuū si
ue transparens. Tercio q̄ raritas est causa leuitatis et densitas grauitatis
Vnde dicit philosophus in textu. Est autē omne rarum leue ⁊ densum gra
ue. Causa vero raritatis est caliditas sicut frigiditas est causa densitatis di
cente cōmentatore. Rarum et densum sequuntur calidum et frigidū. Sed
diceres. tamen in celo est rarum et densum. q: dicit Arestoteles scōo celi et
cōmentatoꝛ in libro de substātia orbis. Stella est densioꝛ pars sui orbis.
Immo etiā via lactea et alie partes que in celo apparēt albe et trāsparen

tes dicunt rare. et tamē celum nō est graue neq; leue. ꝓmo celi. neq; caliduꝫ vel frigidū. ꝓmo methauroꝝ. Respondet breuiter ſm mentē Aristotel in multis locis. In celo nō est raritas neq; densitas. Concessit em̄ q ignis sit rarissimus et terra densissima. et causam raritatis ponit caliditatē. densitatis vero frigiditatem que nō reperiunt in celo. Unde dicit hic. rarum ē mol le et leue. densum vero graue et durū. Sed ad obiectionē dicitur q in ce/ lo concedimus rarū et densum metaphorice. put videlicz sic diffiniunt. Ra rum est cuius partes remote iacent siue distant. Densum cuꝰ partes ꝓ/ pinque iacent.

Notandum secundo q rarefactio capitur duobus modis. Primo impropꝛie vel large ꝓ mutatōe in qua corpus parui occupat ma/ iorem locum q̄ ante ꝓpter ingressum alicuius corporis extrinseci. siue inter partes suas interceptū. vt quādo lana euellitur ex sacco tunc distendit ꝓ/ pter aerem ingredientē et dicitur rarefieri. Itē spongia lota dicit rarefieri. et vesica sufflata. Item panis in aqua etiā tumefit et rarefit. similiter vlc⁹ in brachio et maxilla in dolore dentiū. Corpus em̄ extrinsecum dicitur q̄ de foris ingreditur et nō inheret ipi rarefactibili. Ita etiam condensatio i/ ꝓpꝛie et primo modo accipitur ꝓ mutatōne qua corpus prius distentū et rarum occupat minorem locum q̄ antea ꝓpter expulsionē z egressum cor poris extrinseci. vt compressio spongie et inuolutio lane in saccum cōpressa Expellitur em̄ aer qui prius fuit inter partes ipius lane et spongie. Secū/ do modo rarefactio accipit ꝓpꝛie et stricte. vicz ꝓ mutatōe successiua in q̄ corpus paruū incipit successiue fieri extensius et maius sine ingressu alicuius corporis extrinseci. vt lac rarefit quādo bullit. Item quādo vinū mustū ve bitur ipm̄ rarefit quia excurrit. Item mēbra nostra rarefiunt circa ignem. Eodem etiā modo cōdensatio ꝓpꝛie et stricte est mutatio in qua corpus extensum incipit successiue fieri minus et occupare minorē locum sine egres su alicuius corporis extrinseci. vt quādo lac bulliēs ponit ad locum frigidū tunc condensat. Ita etiā quādo aqua congelat in cantro tunc condensat. Et hūs ergo elicitur q causa imediata ipius rarefactōis est calefactio siue caliditas. Condensatōis vero est frigiditas. caliditatis em̄ est dilatare z se/ gregare. frigiditatis vero cōstringere et cōgregare. scdo de generatōe. Et quia oppositoꝝ effectuū sunt cōrarie cause. Ibidē. ergo sicut caliditas est mater z principiū rarefactōnis. ita frigiditas est mater condensatōis. Illō probatur multis experientijs. Prima. quia facto magno incēdio alicuius edificij sequit cōmuniter ventus. et si ante incendiū ventus fuit paruus il/ le fit maior. quia caliditas rarefacit aerem. vnde fit subtilior et minus resi/ stit et fit cito mobilis. Secunda experientia. noua vina in cellarijs ebulliunt et rarefiunt. quoniā intrinsecus et naturalis calor vini agit in ptes grossas eas calefaciendo vsq; ad tepiditatē aliqualē vnde tumefit totum vinū i va/ se. ita q nisi foramen esset apertū totum vas destrueret. Tercia experien/ tia. vina noua etiā si sufficienter mūdata sint. quādo vehuntur tūc per mo/ tum qui est cōcussiuus et per conseqns calefactiuus vinum iterum rarefit. Unde patet q nisi superꝰ foramen esset apertū iterum destrueretur vas.

Quarta experiētia est quia res calide in actu vt aqua calefacta. vel i po/ tentia calide vt vinum frigidū citius bulliunt et rarefiunt. Et sic habet q caliditas est immediatū principiū rarefactionis. z frigiditas vt patet oppo

Nota

sitis modis predictis est principiū condensatōis. Preterea duo elemēta calida sunt rara. scz aer et ignis. et duo frigida sunt densa. scz tra et aqua. Sz quereres consequēter. Quis tamē est modus rarefactōnis. Respondeō q̄ obmissis opinionib⁹ que hic cōmuniter solent recitari q̄ talis est mod⁹ rarefactōnis. Primo applicatur rarefaciēs scilicz aliquod calidum vt ignis ad rarefactibile vt aquam vel lac: tūc caliditas agit in rarefactibile ipsuz alterādo successiue ꝓducens in ipo realē caliditatem. Et cum continue calidum agat in partes rarefactibilis in ipo congregant multe species caliditatis. Et quia ꝓpria natura caloris est ampliare et disgregare partes rarefactibilis ab inuicē successiue fluunt. ita q̄ distendunt intantū vt rarefactibile occupet maiorē locum q̄ antea. Et in hoc est eadē materia in numero que fuit prius in rarefactibili. Immo etiā eadem quantitas que iam extensior est facta q̄ pus fuit. quia ptes materie plus distant et elonganf abinuicem q̄ ante. ergo quantitas que prius fuit parua facta est extensior. Ideo sequit primo q̄ in rarefactōne non acquiritur noua quantitas. auctoritate cōmentatoris. iij. phisico ꝓ dicentis. In motu condēsatōnis vel rarefactionis manet eadē quantitas in numero a principio vsq̄ ad finem. licz eadē aliquādo sit maior aliquādo minor. Et probatur ratōne tali. Accidēs corporeū principale mediāte quo omnia alia inherent nō corrumpit absq̄ corruptione sui subiecti. sed partes rarefactibilis nō corrumpunf: vt patet in lacte. Immo dicat Aristoteles in hoc q̄rto. Condensatio est partiū restrictio sine alicuius ptis deperditiōe. Rarefactio est partiū dilatatio sine alicuius partis acquisitōne. Unde cum in rarefactōe nihil obstet q̄ntitati nec̄ restat ipa non corrumpit. Item cum in rarefactōne requiratur necessario extensio ideo ipa quantitas p̄cedens nō corrumpit cū extensio sit ꝓpria passio quantitatis et ipius perfectio. Secūdo sequitur q̄ nō fit penetratio partiū rarefactibilis. q̄ ista est impossibilis. partes em̄ ipius materie extendūtur vna post aliā successiue ita q̄ tandē maiorem occupant locū in aere qui huic q̄ntitati cedit. imo etiā accidens nō migrat ō subiecto in subiectum. q̄ quantitas in qualibet pte materie extendit ad extensionē cuiuslibet ptis et materie in qua est.

Tercio notandum q̄ ex quo rarefactio et condensatio sunt motus. ideo si debent distingui ab alijs speciebus motuū necessariū est vt per nes suos terminos extrinsecos ab illis distinguāf Distinctio em̄ specierum motuū est per terminos extrinsecos a quo et ad quem. iij. phisico ꝓ. Pro illis ergo est aduertendū q̄ ad omnē rarefactōnem et condensatōem ꝓpe acceptas primo requirit alteratio. scz calefactio in rarefactōne z frigefactio in condensatiōe. vt supra patuit. Secūdo requirit motus localis. scz q̄ vna pars rarefactibilis extendatur vltra aliam. Tercio requirit augmentatio ꝓprie dicta in rarefactione: et diminutio in condensatōne. Ideo maior q̄ntitas est terminus extrinsec⁹ rarefactōis et minor quantitas est termin⁹ extrinsecus ipius condensatōis. distinguunf ab augmentatōe z diminutōne ꝓprie acceptis. quia in augmentatōne ꝓprie dicta acquirit quantitas z forma substantialis. sed in rarefactōe nihil acquiritur q̄ maior extensio p̄cis quantitatis. Ita etiā dicaf de condensatōe et diminutōne. Large tn̄ accipiendo augmentatōnem et diminutōnem possunt sub illis comphendi rarefactio et cōdensatio. Quarto sequit ex p̄dictis tribus ipa rarefactio siue

condensatio. Cum em̄ talis mutatio fit vt iam dictū est partes ab inuicem distendunt et acquirit noua qualitas. scz raritas que est terminus ꝓpr⁹ rarefactōis ipam denominans. et in condensatōne acquirit noua qualitas. s. densitas que est suus terminus ad quē ipam denominans. rarū em̄ z densum sunt de genere qualitatis. Vnde ꝓprie loq̄ndo rarefactio et ꝑdensatio sunt motus ad qualitatē licz minus ꝓprie etiā sint ad vbi et quantitatem.

Hijs ita p̄missis sit hec

Conclusio responsiua. Rarefactio et condensatio sunt motus naturaliter possibiles distincti ab alijs speciebꝫ motuum. Prima pars patet auctoritate Aresto. qui hic redarguit antiquos philosophos negātes illos motus ne cogerent fateri vacuū. cuius Aristoteles per eosdem motꝰ probet ꝙ vacuū nō sit. Ratione tali aristotelis. nisi essent rarefactio z condensatio. tūc aut nullus esset motus localis aut ad motū vnius corpis mouebitur totū vniuersum. et tandem ipm celū turbaretur. quoꝝ vtrūq; est impossibile naturaliter. Antecedēs patet qz moueat corpus aliqđ localiter vt illud recipitur in plenum cedens aut nō. Si secundū fiet penetratio corporum que est impossibilis. Si aut̄ in cedens et illud iterum recipit in aliud plenum cedens aut nō. Si ꝑmum tūc de illo consequenter eodē modo q̄ritur. ergo necesse est ꝙ dicit status. et sic fit cōdensatio. Aut tandem celum extendet. et ad motū vnius mouebit totum vniuersum. Etiam ꝑbat alia ratione. quia nisi essent rarefactio et cōdensatio tunc nullū esset de nouo genitum maioris quantitatis q̄ res ex qua est generatū. q̄m etiā recipit in locum plenum cedent̄ vel nō vt ꝓius. Et sic nulla esset augmentatio ex eadem ratōe. quod est contra omnē experientiā. Itē illud est possibile cui⁹ causa est possibilis vt thopicis. sed causa rarefactōis et condensatōis est possibilis vt supra in secūdo notabili est declaratū. imo actualiter vnum elemētū trās mutatur in aliud. vt aer in aquam et econtra. ꝯ. de generatōe. et illud nō potest fieri sine rarefactōe et condēsatōe. Secūda pars etiā patz. qz rarefactio et condensatio sunt motus: ergo sunt mutatōes successiue. sed nō sunt augmentatio diminutio neq; alia species motuū vt in vltimo patuit notabili. ergo sunt motus speciales. Itē motus distinguunt penes terminos intrinsecos et ꝓprios. tercio phīsicoꝝ. sed raritas et densitas sunt termini horum motuū et non alterius. igitur ꝛc.

Arguitur primo. si rarefactio esset motus vel in ipa acquirerek noua q̄ntitas aut nō. Q3 noua ꝓbat. qz sicut est in intensiōe ita est in extensione. sed in intensione noua qualitas introducit vt patz inductiue. ergo in extensione et rarefactōe introducit noua q̄ntitas. et antecedēs patz a sili. Itē q̄ntitas que est accidens transiret de subiecto in subiectū si ꝑ q̄ntitas maneret. Et ille sunt due ratōes marsilij q̄ tenet ꝙ in rarefactōe acquiratur noua quātitas. Rndet ad ꝑmū negando silitudinem. qz argumentū a silitudine sumptū debet currere octo pedibus. Etiā raro concludūt demōstrationa argumenta sumpta a similitudine. Ideo dicit ꝙ in intensiōe ꝑmo abijcitur qualitas cōtraria p alterationem. sed quantitati nihil est contrarium ſm Aristotelez in ꝑdicamentis. igit̄ nō abijcitur. Ad secundum respondet ꝙ sicut partes materie de loco ad locum situantur in rarefactōne. ita etiā q̄ntitas ipa ſm sua subiecta extenditur. imo sequeret ꝙ etiam alia accidentia

de nouo introducerent quod est falsum. quia manet in lacte eadem albedo: dulcedo: caliditas: vel frigiditas. & sic de alijs accidentib⁹.

Arguit secundo. Si rarefactio esset motus: vel esset naturalis vel violentus. Non primū. quia corpora rarefacta minus possunt resiste re suo cōtrario. etiam omnia entia appetunt ꝓtinuitatem et ꝯtinuitatem quod non fit in rarefactione. Non secundu⁹. quia als ignis esset violēter sursum: cum sit summe rarus. Respōdetur primo q̄ aliqua corpora determināt sibi a natura ꝓpria raritatem vt ignis & aer. ideo si rarefierent: eis esset rarefactio naturalis. Alia vo sunt que determinant sibi densitatē: imo maiorez suaz partiū contiguitatem vt generaliter oia mixta: terra & aqua. & illis esset rarefactio violenta. vnde patet responsio.

Arguit tercio. Non sunt motus. Probatur: quia vel oīa corpora rarefieri possent vel nō. Respondet primo q̄ nullum indiuisibile potest rarefieri aut condensari. Secundo quicquid potest rarefieri etiam potest condensari ꝑm se vel suas partes. Tercio aliquod densum large nō pōt rarefieri. vt stella. Quarto aliq̄d rarū non pōt rarefieri vt ignis naturaliter dispositus quia si rarefieret vltra corrumperetur: imo non esset rarissimus. Quinto dicitur: aliquod rarum non potest condensari & econtra. Primum patet de igne circa superficiem spere lune: als em̄ fieret vacuum. Secundu⁹ patet de terra circa centrum.

Arguit vltimo. Rarefactio et condensatio non sunt motus distincti ab alijs speciebus motus. quia Aresto. iij. c. v. phisicoꝝ. & in postpdicamentis non posuit. Item terminus ad quem est quātitas. ergo sunt sub augmētatione & diminutione. Respondet q̄ Aresto. ponendo solum sex species motus accepit augmentatione & diminutionē large. & sic sub ipsis comprehendunt rarefactio & condensatio. Ad secundū dr q̄ terminus ꝓprius rarefactionis est raritas & non quantitas.

Pro introductione materie de tpe Nota q̄ Aresto. in vltimo et tercio tractatu determiat de tpe. Et diuidit in sex capitula. In primo arguit q̄ tempus non sit: ponens tres cōclusiones ꝑm tres opiniones de tempore. Prima opinio dixit q̄ tempus esset circulatio celi. Hanc improbat sic. Quelibet pars temporis est tempus. sed non quelibet pars circulationis est circulatio. igitur tempus non est circulatio. Item sequeretur q̄ sicut plures sunt celi et reuolutiones: ita plura essent tempora quod falsum est. quia idem est tempus in celo terra et mari. iij. huius. Secunda opinio dixit tempus esse mobile siue speram celestez. et probat sic. In tempore sunt omnia. & in spera sunt omnia. igitur tempus est spera. Aristoteles non improbat istam opinionem sed relinquit eam tanq̄ stultam & erroneam dicēs Totius autem spera visa est quidam dicentibus tempus quia in tempore sunt omnia & in totius spera. est autem stultius quod dicitur qm̄ et quid est de hoc impossibilia considerare. Cōmentator vo ipsam improbat dicens q̄ ex puris particularibus nihil sequitur. imo In equiuocatur. quia in tempore sunt omnia mensurative. sed in spera contentiue. Tercia opinio quam cōmuniter ꝓsequmur dicit tēp⁹ esse motū. Cōtra hanc Aresto. sic arguit: & Primo. Tēp⁹ est vbiq̄ et apō oia. sed mot⁹ solū est in mobili. g̃ tēp⁹ nō est mot⁹. Scdo sic. Mot⁹ est tard⁹ & velox. sed tēp⁹ nō est velox neq̄ tardū exq̄ tardū

et velox diffinitum p tēpus .sed idem nō diffinit p seipm. Unde. Velox est quod in pauco tpe multū mouet. Tardū est qō in multo tpe paucū mouet. In secūdo aūt capitulo aresto. phat q tēpus sit aliqd ipius motus. postea i fert diffinitōem tpis et dicit. Tēpus est numerus motus fm prius z posteri⁹ Quia ergo videt negare q tēpus sit motus z etiaz phare q tpus sit aliqd ipius motus. ideo Queritur primo

Questio XI

Vtrū tēpus sit motus loca

lis ipius celi. Ubi animaduertendū primo q tēpus fm cōmunem modū loquēdi accipit qnqz modis. Primo prie p duratōe motus diurni primi mobilis. s. ab oriēte in occidēs. iterz redeūdo in oriens in .xxiiij. horis. Secundo p motu diurno ipius solis. q⁹ vulgus nō pcipit motū primi mobilis nisi per motū solis. Unde sol in .xxiiij. horis mouet ab oriēte in occidens iterz cū primo mobili redeūdo in oriens. Et hec duratio huius motus dicit tps. Un sol est distributor horarū. et diuidit diē a nocte. Si ei apud nostrū emisperiū est tēpus est quod appellam⁹ diē. Unde Arest. j. celi. Dies est latio. id ē motus solis sup nostrū emisperiū. Quādo autē nō est sup nostrū emisperiū hec duratio siue absentie est tēpus qō dicit nox. Tercio capit p duratōe motus in horalogio siue p indice siue in barenario. Quarto p duratōe alicui⁹ operationis p quam mensuram⁹ labores nros. vt sutor psueuit suere par calceoꝝ in qrtuor horis. et illis factis pcludit q pterijt tēpus qrtuor horarū. Quinto tēpus accipit impropie p reb⁹ que sunt in tpe. Un dicim⁹ tēpus esse pluuio sum ab aere pluuioso. tpa cara. tpa iocūda. amena. tpa bellosa. z sic de aliis.

Pro intellectu ergo pdictoꝝ et totius materie de tpe Nota q tēpus capitur dupliciter. Primo in genere et large. p duratōe successiua cuiuscunqz motus. Ratio em tpis est ipa duratio extrinseca rei. q⁹ qūcunqz nos querimus de duratōe alicuius rei nō pōt aliter respōderi cū p tēpus. vt si querit. cū diu dnrauit pugna vel motus vel bellū apte respondet. trib⁹ vel dieb⁹: trib⁹ annis zc. Ergo tpus est duratio extrinseca successiua cuiuslibz rei. Un licz in diuersis libris tēpus habeat mltas et varias acceptiones: tñ oēs reducunt ad istū primū modū scz duratōem successiuā. Ideo ois duratio successiua cuiuscūqz motus vel actōis p quā aliqd mensuram⁹ durasse pōt large dici tēpus. vt si ambulator psueuit qualibz hora ambulare vnū miliare tūc duratio ambulatōis p vnū miliare dicit tēp⁹. Ita etiā cū diu durat cursus barenarij et horalogij tādiu durat hora. ergo duratio successiua est tēpus. Secūdo pro modo accipit prie et stricte. s. p ipa duratōe successiua motus solis vel primi mobilis diurni. Ambox em motus diurn⁹ durat .xxiiij. horis Qz autē tēpus fundat sup motu locali ē ratio. q⁹ fm pmentatorē .iij. huius. motus localis magis pcipit a sensu nostro. Qz aūt fundat sup motu primi mobilis et nō alterius mobilis hō est ideo. q⁹ iste est primus omniū motuum priozitate tpis nature et pfectōis. est em vniformis et regularissim⁹ imo et nus fm mentē Aresto. viij. phisicoꝝ. Etiā est mensura omniū aliox motuū Ibidem. Antecedens est Aresto. j. celi.

Notandū secundo .quia tēpus fm Aresto. fundat sup motu .ideo sicut motus est duplex. scz vniuersalis siue primus .id ē motus diurnus primi mobilis imo totius celi. et alius specialis siue particularis .vt libet

motus localis apud nos. Ita etiã tẽpus est duplex. Quoddã est vniuersale
& cõmune scz duratio motus circularis celi. Aliud est particulare. s. dura-
tio cuiuslibet motus apud nos. Ideo ꝓmũiter dr q tẽpus possit capi materia-
liter siue fundamentaliter. s. ꝑ motu ꝓmi mobilis. siue ꝑ motu diurno toti⁹
celi. Alio mõ formaliter siue ꝓnotatiue. et duo ꝓnotat. s. discretionem ꝑium
fm ꝓius & posteri⁹. de quo latius in seqnti questiõe et vltima huius quar
ti. Secũdo ꝓnotat successionẽ partiũ. q: vna succedit post aliã: & vna fluit
et alia. Vnde cũ nõ possit intellect⁹ noster capere durationẽ successiuã absq;
hoc q discernat in ꝑres mot⁹ ꝓres et posteriores. ideo temp⁹ ꝑ fundame
to habet motũ et ꝑ ratõe formali durationem successiuã ipm motũ denomi
nans tempus.

Respondetur ad questionẽ, temp⁹ a pte rei est motus licz
tẽp⁹ inceꝑtũ tps sit duratio successiua. Pria ps ꝓz auto. aresti. iij. hui⁹ dicẽs
videt aũt tẽpus mot⁹ ꝓme spere esse. Et. xij. metha. Tẽpus est mot⁹ vl ꝑpas
sio motus. Et ꝓmo celi. Dies est latio solis ꝛc. sed latio est motus. dies ẽt
tẽpus. Et ꝓmentator in hoc ẽrto. Tempus habẽs esse extra aiam nõ est si
ne motu & est motus. Rõe tali. quicqd ẽ successiuũ est motus. q: sol⁹ motus
est successiuus. iij. phisico⁹. sed cũ tẽpus sit duratio successiua vt supꝫ patuit.
necessario est motus. Hoc ergo voluit aresto. hic cũ dicit q tẽpus sit aliqd
ipius motus. q: impossibile est vnũ esse sine alio. imo impossibile est vnum
cognosci sine alio. & vno cognito cognoscit aliud. q: si cognoscit motus fm
ꝑres ꝓres & posteriores tũc etiã cognoscit tẽpus. & hec est ratio Aresto. in
textu. q ꝑbat tps esse aliqd ipi⁹ motus. Alia rõe. tẽpus ẽ passio mot⁹. viij.
phisico⁹. et. xij. metaphisice. scz ꝓpria passio est realit eadẽ cũ suo subiecto. j.
chopicoꝝ. Secũda pars patet ex ꝓdictis notabilib⁹ et mel⁹ ia i argumẽ

Arguitur primo, tẽpus omnino nihil est. probat duab⁹ ra
tionib⁹ Aresti. hic in textu. Prima. illud nõ est cui⁹ ꝑres nõ sunt. q: totũ nõ
est ꝑter ꝑres. j. phisicoꝝ. sed nulla ps tpis est. q: neq; ꝑterita neq; futura ne
q; nũc est ps tpis. q: nõ mensurat totũ tpus sed pars debet mẽsurare totuꝫ
Secũda ratio. omne totũ cõponit ex ꝑtib⁹ sed tẽpus nõ ꝓponit ex ipis nũc
Rñdet ad ꝓmã q illud nõ est cui⁹ ꝑres nõ sunt habet locũ in reb⁹ ꝑmanen
tib⁹. q: in successiuis nihil ꝑsentialiter est q; quoddã indiuisibile ꝓtinuãs ꝑ
tem ꝓrioꝛ cũ posteriori. Ad scõam dic q Aresti. solũ disputatiue arguit. iõ
postea ꝛcludit q impossibile est esse tẽpus sine nunc et ecõtra.

Arguitur secundo autoritate Aristotelis dicentis, Tem
pus nõ est motus neq; sine motu. Et ratõe sua sic. Prima. temp⁹ est vbiq; sz
motus solũ est i mobili. Secũda motus est velox vel tardus. sed tẽp⁹ nõ est
hmõi. igit tẽpus nõ est motus. Rñdetur q Aresti. vult dicere tẽpus nõ esse
motum oino et totaliter. tũc em nõ esset apud oia. vt ꝑbat ꝓma ratio. Vñ
cum infert q idẽ tẽpus sit in celo terra et mari loquit de tpe formaliter. put est
duratio successiua motus diurni. illa em est vbiq; mẽsuratiue ex quo mẽsu
rant omes motus inferiores ꝑprie & alias res ꝑ accidẽs. Ad scõam rñdetur
q tẽpus ꝑut ẽ mensura siue duratio qua alios motus mẽsuram⁹ nõ est ve
lox neq; tarda. secus si tẽpus accipit ꝑ fundamento. s. motu diurno q est ve
lox vel tardus. mensura vero non dicit velox vel tarda.

Arguitur tercio, tempus est accidens motus et sequit natu

raliter ipm vt expsse dicit ꝑmētator. iiij. huius. Et idem. Temp⁹ nō ē mot⁹ sed numerus motus. Illud etiā videt voluisse Aresto. hic expsse in textu dicens. Q⁹ g̃ neq; motus neq; sine motu tēpus manifestū est. Respondet q tpus accidit motui ꝑ tanto q; sepe est aliq̃s motus q̃ nihil mēsurat. Ulñ cū tēpus impo:tat formaliter mensurā. et nō dicaṫ aliq̃s motus tēpus nisi in quantū mēsuret: ideo tēpus dicit accidere motui. nō autē est accidens neq; quia alias accidentis essz accidens. cōtra Arest. iij. metha. Ad aliud dr. tēpus vt tēpus. id ē inq̃tū est mensura nō est motus: licz res que tempus est sit motus.

Arguitur quarto. idem tēpus sepe reiteraṫ vt dicit aresṫ. hic in textu. q; ver omi anno semel reuertit. sed idē motus nūq̃ reiterabit. Itez si tēpus esset mot⁹ celi tūc plura essent tpa q̃ esset ꝑ mentē Arest. hic. quia plures sunt motus. s. diurnus siue ꝓmi mobilis ab oriente in occidēs. z motus ꝓprius cuiuslibet spere ab occidente in orientē. Respondet ad ꝓmuz q idē tēpus in numero nunq̃ reiterabit sicut neq; motus vt deꝓmit poeta. Trāsit irrepabile tps. Sed ad aresto. dr q idem tēpus reuertit in specie. Ad aliud dr q ꝓmūes nō ꝯcipiūt nisi motū ꝓmi mobilis siue diurnū ab oriente in occidentē. ideo huic tēpus attribuūt. licz etiā posset attribui motui ꝓprio cuiuslibet spere sicut et motui apud nos. Cū aūt motus ꝓmi mobil⁹ ꝑ suam duratōem mēsuret oēs alios motus et ꝓpios speraꝝ et motus i feriores merito sibi debz attribui tēpus cū sit ꝓmus. j. celi. Sed in oī genere ꝓmū debet esse mensura aliox. vt dixit Aresto. ꝓ methaphisices.

Questio XII

Utrū diffinitio tēporis sit bona in q̃ dr. Est numer⁹ mot⁹ fm prius et posteri⁹. Pro q̃ est aduertendū ꝓmo. q; tēpus fundaṫ sup motu et motus est de numero illox q̃ difficillime sē cognitōis et sua imꝑfectōe. ideo et ratio tēporis est difficilis cognitōis. imo supaddit aliqd sup essentia ipius motus licz in re sit motus. Ideo aresto. quarto huius ponit aliq̃s ꝓprietates tēporis q̃ facilius ipm intelligere faciūt Prima ꝯditio siue ꝓprietas. Tēpus est continuū q; vna ꝑs succedit post aliā z ꝯtinue fluit ex alia. exquo in re est motus. Secūda ꝓprietas. in tēpore assignamus minimū. s. q̃ ad numeꝝ. q; binari⁹ vt due hore est minimum tēpus z nō fm magnitudinē. Tēpus em̄ put est mensura fm mentē aresto relicā est finitū ideo non daṫ maximū fm magnitudinē: exquo est numer⁹ z maximus numerus nō daṫ. iij. phisicoꝝ. Tercia. Tempus scz put est mē sura nō est velox neq; tardū est autē longū et breue. q; cū sit duratio successiua z cū hoc mēsura ipm nō est velox vel tardū sed longum z breue. Unde fm morales philosophos delectatio facit tēpus breue. tristicia vero longū. Quarta. Eox̄ que simul sunt est idem tēpus in nūero. id ē eadem mēsura i duratione. Quinta. Idem tēpus potest pluries reuerti scz in specie. vt in quolibet anno redit ver estas autumn⁹ hyems. et in quolibet die redit hora prima et tercia tc. Sexta et vltima. Sicut tēpore mensuratur mot⁹ ita etiam econtra ꝑ motū mensuramus tēpus. Illa vero ꝓprietas diffusi⁹ vi debitur in questione sequenti.

Notãdũ secũdo ꝓ intellectu diffinitõis q sicut ꝑus t poste
rius fm sitũ conueniũt magnitudini. ita fm duratõnem cõueniũt tpi t mo
tui. Sicut em̃ nõ est possibile q oẽs ptes magnitudinis sint simul in eodẽ
loco q: fieret penetratio coꝛpoꝛ. ita nõ esset possibile q oẽs ptes motꝰ sint
simul scz ꝓ eodẽ tpe cum hoc repugnet ipi successiõi. Quia g̃ tẽpus ẽ men
sura motus et fm oẽs gẽres mensurat motũ. s. cõtdiu durauit. et cũ ptes ipi
nõ possint esse sit ꝓ vno instanti sequit necessario q tẽpꝰ est mẽsura ipi mo
tus fm ptes ꝑiores et posteꝛiores. scz in ipo motu. Et cum tẽpus sit q̃ntitas
ꝯtinua fm Aresto. in ꝑdicamentis. et q̃ntitas ꝯtinua nõ mensuret nisi sub
ratõe q̃ntitatis discrete scz ꝓ partẽ post partẽ sequit q tẽpus est mẽsura nu
meralis. vel numerus id ẽ mẽsura ipius motus facta ab ania discernẽte inẽ
partes ꝑiores et posteꝛiores ipi motus. Ideo tpus dꝛ numerꝰ scz discretus
ꝓ ipam aiam intellectiuã. Vnde tpus inquatũ est mẽsura depẽdet ab ipa
aia. Et licz nõ sp actualiter aia inter ptes motus cuiuslibet discernat. tñ ap
ta nata est discernere. q: noia t verba in diffinitõib⁹ posita importãt aptitu
dinem fm Boetiũ. t sic tempꝰ est mẽsura cuiuslibet motus actualꝫ vel apti
tudinalis. Quib⁹ ꝓmissis dcz diffinitio tpis sic intelligi. Tẽpus est nũerꝰ
id ẽ mensura ipius motus fm ꝑiꝰ et posteꝛiꝰ. id ẽ fm ptes ꝑiores t posteꝛi
ores in ipo motu. h̃ est. Tẽpus est mẽsura siue discretio aie discernẽtis inter
ptes ꝑiores t posteꝛiores ipius motus.

Respondeꝛ ad questionẽ. diffinitio fm intellectũ ꝓdictus
est sufficiens et bona. Probat auto. aꝛest. in hoc q̃rto dicẽtis. Cum aũt ꝑiꝰ
t posteꝛius est tũc dicimus tẽpus: hoc em̃ est tẽpus numerus motus fm ꝑiꝰ
t posteꝛiꝰ. Et ꝓmentator sup hec ꝛba dicit. Tẽpus est numeratũ ꝑioꝛũ et
posteꝛioꝛ existentiũ in motu. Rõe ptz ꝑ ꝓditões bone diffinitõis

Arguitur ꝓmo, tempus est motus vt questiõe ꝓcedenti ꝓ
batũ est. igitur non est mẽsura ipius motus. q: alꝫs idem mẽsuraret seipm.
imo idem esset ens in aia et ens extra aiam. discretio em̃ et mẽsura est i aia
motus ꝛo est ens reale fm oẽs. Respondeꝛ q tpus ꝓut est tpus siue mẽsu
ra motus. id ẽ qñ capit formaliter tũc est ens in aia t ab aia depẽdet vt pa
rebit questione vltima huiꝰ q̃rti. et sic nõ est motus sicut ꝓbat argumentuꝫ
t questio ꝓcedens. hoc aũt modo hic diffinit. In re autẽ vel fundamentali
ter est motus diurnus ꝓncipaliter qui licz etiã mẽsurat omnes motus infe
ꝛioꝛes tamẽ inquantũ mensurat tpus est hec ratio discretiua et mensurati
ua eius ab anima ꝓncipaliter dependet

Arguitur secũdo, si tẽpus est numerus tũc aut est numerus
quo numeramꝰ qõ est falsũ. q: dicit Aꝛest. in textu. Tẽpus est numerꝰ qõ
numeraꝫ et nõ quo numeramꝰ. g̃ est numerus numeratus. t illud etiã ẽ fal
sum. q: alꝫs binarius vt duo boues esset tẽpus qõ est impossibile. q: sp tẽ
pus est accidens. Respondeꝛ ꝓmo ꝓprie loquendo tẽpus nõ est essentialiter
numerus. scz vnũ dno tria q̃tuoꝛ. necꝫ numeratus necꝫ q̃ numeramꝰ. quia
qñ anima discernit inter ptes motus nõ discernit q̃t sint. sed q̃diu durauerint. et ꝓ cõsequẽs totus motus. Sed dicit numerus q: habz ratõem nũe
ri exquo quelibet mẽsura habet ratõez numeri in hoc q mensurat ptez post
partem. Vnde ꝓprie tẽpus nõ est numerꝰ par necꝫ impar. q: ille sunt passio
nes numeri ꝓprie dicti. Sed ab aresto. dꝛ q tempus est numerus quod

numerat q est motus q fm suas ptes ꝓres et posteriores discernit ab ania
t inc̃tum talis non est numerus quo numeramus.

Arguit tercio. Tempus mensurat omnes partes motus si
mul. ergo nō fm pr⁹ t posteri⁹. Ancedens patet. q oēs ptes mot⁹ sunt simꝫ
in suo subiecto quod est ꝑmanens: eq̃ motus est extensus ad extensionē sui
subiecti. Itez si tēpus est mensura t ens in ania tunc nō est sensibile cōmune
quod est ꝓtra Aresto. in textu dicentē: sentiēdo motū sentim⁹ t tēpus. t in ō
sensu t sensato. Omne anial habēs memoriā ꝓcipit tēpus. Rndet ad ꝑmuz
q tēpus dr mēsura ptium mot⁹ id est successionis quaꝝ vna succedit alteri.

Respōdet ad secundū q tēpus inc̃tum est motus est sensibile. non aūt in
c̃tum est mensura vel inc̃tum accipit formaliter. Ita soluant autoritates
iam adducte vna cū ipsa rōne. Quia ergo tēp⁹ est mēsura motus: est dubiū
an mēsuret aliquē motū solū vel oēm. Et Arest. in capō sexto eandē q̃stiōez
ꝑ vtrisq; suis gradib⁹ disputat vtrā patebit. Ideo querit ꝓsequenter

Questio XIII

Vtz tempus mensuret quē/

libet motū. Pro q̃ est sciendū Primo q mensurare est quantitatē ꝑpus dubi
am ꝑ quātitatē notam fieri cognitā. Vel sic: est animā discernere inter ptes
quātitatiꝫ quāte sint vel q̃ diu durent. Mensura ꝙo est q̃ntum notum ꝑ qō
notificat quantū ignotū. Ex hijs patet Primo q sola ania mēsurat sicut so
lum aia nūerat. q: discernere est actus aie intellectiue. Scōo sequit q mēsu/
rare ꝓprie ꝙuenit quantitati ꝙtinue sicut nūerare q̃ntitati discrete. Est tñ ve
rum q q̃ntitas ꝙtinua nō mensurat nisi sub rōne quātitatiꝫ discrete: licet mē
sura nō sit quātitatiꝫ discrete ꝓprie sed numeratio. tempus em̃ mediante du/
ratione mēsurat motū: que duratio ab alia discerni nō pōt nisi fm suas ptes
correspōdentes gradib⁹ ipsi⁹ mot⁹. Tercio patet q mēsure due sunt ꝙditiones.
Prima. Omnis mēsura debet esse notior suo mēsurato. t illa habet .iij. t. r.
metha. Scita em̃ t cognita lōgitudine vlne ꝑ applicationē ipsi⁹ ad lōgitu/
dinē pānj ꝑ vlne replicationē etiam tandē cognoscit lōgitudo panni siue sua
quantitas. Secunda ꝓprietas siue conditio. Mensura t mēsuratum debēt
esse eiusdem rationis, t hoc habet .xij. metha. Ista aūt ꝓpositio nō debet in/
telligi de re q̃ mensurat t de re q̃ mēsurat. quia ita esset falsa: eq̃ vlna t pan/
nus sunt diuersaꝝ specieꝝ. Itē tēpus ꝑut est mēsura ab ania discreta t mo/
tus qui mensurat etiam sunt diuersaꝝ specieꝝ: cum tēpus sit ens in anima t
mensura ens extra aiam. Sed debet sic intelligi: ratio mēsure t ratio mēsu/
rati debēt esse eiusdez rōnis id est denominationis siue speciei. vt vlna non est
mensura panni quia lignum vel ferrum: sed sub ratione longitudinis. et pā/
nus non est mensuratū quia est ex lana: sed sub ratione quantitatis t longi/
tudinis. Vnde ratio vlne t ratio panni quia mensurat sunt eiusdem speciei
et denominationis. quia sub ratione longitudinis vlna mensurat. t sub ra/
tione longitudinis pannus mensurat. Itez tempus ꝑut est mensura mot⁹
mensurat motum t motus etiam mensurat sub ratione durationis. imo tē
pus non mensurat etiam res ꝑmanentes nisi sub ratione durationis. vt in
sequenti questione clarius patebit. Quantum ergo ad ꝓpositus spectat: mo
dus mensurandi est duplex scz Per mensuram extrinsecā. vt q̃ mensura ap
plicat ad partes mensurati sicut vlna ad pannum et palma ad vlnā tē. Alij

Mensurare

mensura

Mensure due sūt
ꝙditiones

Modꝰ mēsurādi q
duꝑ

us modus mensurandi est p mensurā intrinsecam. et hoc duplicit̄r. Primo vt ptes mensurāt totū. Secūdo t illud est ad ꝓpositū: p ꝓportionalē diuisionem mēsure ad mensuratū id est p correspondentiā partiū mensure ad ptes mēsurati. vt tēpus ō: mēsurare motū: q; qlibet ps tpis correspōdet vni partiū mot⁹. Vnde breuiter elicit modus q̄ tēpus mensurat motū. Et est ille: Ponamus q̄ fiat motus localis p vnā totā horam: tūc mēsurans scz anima ꝑsiderata ꝑma pte hore t pariter pncipio ipsius motus: ita etiā ꝑsiderata vltima pte hore t fine ipsius motus discernit inter partes ipsi⁹ mot⁹ scz q̄s diu durauerint. t quia vna ps motus successit ꝓtinue post aliam: necessario ista discernēdo compat illas partes ad ptes tpis siue hore. et cum tēpus motus sit finitū in fine hore t nō vltra: ꝓcludit q̄ iste mot⁹ durauit ad vnā horā.

Hijs premissis respondet ad dubium. Tempus mensurat actu vel aptitudine oēm motū. Probat auctoritate Arest. qui hanc pdictam questionē mouet t eam affirmat. Et ratio quā adducit est illa. quia omnis motus est t fit in tpe. igit̄ tēpus oēm motū mensurat. tenet ꝓsequētia. q; tēpus est mensura motus. vt patet per diffinitionē tpis quā cōmentator exponit: dicēs. mot⁹ id est cuiuslibet motus. Immo dicit Arest. q̄ mot⁹ augmentationis t alt̄ t nō solū motus localis mensurant tpe. Item cōmētator. iij. huius Essentiale est tpi nūerare t mensurare motū. Alia ratio: temp⁹ mensurat motū mediante ipsa duratione. sed cuz nihil ꝓprie duret nisi successiue aliter t aliter se habeat: et illud est ꝓprie ipsius motus. ergo tempus est mensura cuiuslibet motus. Cuius aūt pncipaliter et an solū ipsius motus tēpus sit mensura: dicet̄ in secūdo notabili sequēt̄ questionis.

Arguit̄ primo et ratione ipsius Arest. in vltima parte huius tractat⁹. Tempus nō est mensura cuiuslibet mot⁹. q; tūc sequeret̄ q̄ plura essent tēpora q̄ō est falsum: etq̄ sicut se habet nūerus ad equalia nūerabilia ita se habet tēpus ad motus equales. sed idem est numerus decez hoīm et decē canū. ergo idē est tēpus motuuz eq̄lium. Q; aūt plura essent tēpora patet: q; possibile est duo mobilia simul moueri. Respōdet q̄ Aresto. nō probat oppositū pdicte q̄stioni sed solū arguit. sua aūt ratio non ꝓcludit q; tempus simul t semel potest mensurare plures motus.

Arguit̄ secundo. Si tempus esset mēsura cuiuslibet motus tunc vnus mot⁹ non mensuraret alū quod est falsuz. q; frequenter pactiones t labores mensuram⁹ motū. vt ponat̄ q̄ q̄s diu petr⁹ leget tā diu ego resumā. t q̄s diu ego resumā tā diu plato scribat. t sic vn⁹ motus mēsurat alū t non tēpus. Preterea dicit hic Arest. Non solū tpe metimur motū sed etiā motus metit̄ tēpus. t p ꝓsequs idē mēsurat t mēsurat. Rūdet q̄ tēp⁹ est mēsura pncipaliter mot⁹ diurni q̄ principaliter p suam durationē oēs mot⁹ inferiores mēsurat. Vñ licz vn⁹ mot⁹ mēsuret alterū: tñ non mēsurat in q̄ntū est mot⁹ sed q; tā diu durat. et sic breuiter mot⁹ in q̄ntum mēsurat capit naturaz et essentiā ipsi⁹ tpis. Est em̄ tēpus ꝑter durationē nihil ꝓprie. t nō est inconueniēs q̄ idē mēsuret t mēsuret: diuersimode tñ. Immo idē mēsurat seipm. vt duratio mot⁹ pmi mobilis ipm motū mensurat t duratio successiua est motus in re.

Arguit̄ tercio. Tēpus sequit̄ motū, iij, h⁹. sed mēsura debet esse por mēsurato. g̃ tēpus nō est mēsura. Item cū tēp⁹ in q̄ntum mēsura habet

esse in alia: sunt multi motus q̄ nō mensurant. vt motus pisciū in mari ⁊ motus pugnax inter feras vbi nullus intellect⁹ ꝑpe est. igit tēpus nō est cuiuslibet motus mensura. Respōdet q̄ ois mēsura est prior id est notior mēsurato vt supra patuit. ⁊ sic tēpus est pri⁹ ⁊ posteri⁹ diuersimode. Ad secundū dicit q̄ licet tēpus actualiter nō oēs motus mēsuret vt ꝓbat argumentū: tn̄ aptū natū est mēsurare. Et sic ꝯcludit tēp⁹ pōt mēsurare duratiōē cuiuslibet mot⁹. Quia aūt Arest. in capl̄o q̄rto huius tercij tractat⁹ ꝓbat q̄ tēpus sit mēsura non solum ipsi⁹ motus sed etiam quietis ⁊ rep. q̄ non mouent sue quiescibilium. Idcirco queritur consequenter

Questio xiiii

Vtrum quies mēsuretur tē

Quies ꝓprie

pore. Primo notandū q̄ quies capit dupl̄r. Primo ꝯcretiue ꝓ re quiescente. ⁊ est res que actu nō mouet localiter apta nata moueri. vt lapis in pariete. Quiescere ꝙ est rē actu nō moueri: nata⁊ tn̄ moueri scz motu locali. q̄ nihil est fm mētē Arest. q̄n actu moueat aliq̄ specie mot⁹ ꝑter intelligentias. q̄ de motu locali est intelligēdū. Vl̄n dat aliq̄d q̄d neq; q̄escat neq; mouet vt ꝑ⁹ motor. nō em̄ q̄escit q: apt⁹ natus esset moueri qđ est falsum: cū opposita habeant fieri circa idē successiue fm Arest. in postpdicamētis ⁊ in thopicis. Inq̄ puatiue em̄ opposita dat medium vt inter cecū ⁊ vidēs: q̄escere ⁊ moueri. Secundo q̄es capit abstractiue ⁊ dupl̄r. Primo positiue ꝙ dispositiōe siue q̄litate sub q̄ mobile q̄escit an̄ vel post motum. vt nigredo dr̄ q̄es tabule ⁊ albedo parietis. ita nō capit in ꝓposito sed in q̄nto phisicoꝝ vbi dicet de q̄ete. Secō capit puatiue ⁊ est puatio mot⁹ in subiecto qđ aptū natū est moueri. Et ita nō capit in ꝓposito: cū nihil sit. vt patuit. j. phisi. de puationib⁹. non ens aūt nō potest mensurari tpe fm Arest. hic in textu. Vnde antichrist⁹ ⁊ adam nō sunt in tempore neq; mensurant tpe.

Quies ꝓprie

abstractiue

positiue

puatiue

Notandū secūdo q̄ ꝑmo ꝙ se ⁊ ꝑncipaliter siue ꝓprie tēpus nihil mēsurat nisi ipm motū. vt habet ex ei⁹ diffinitiōe. Tēpus est nūer⁹ motus tc. ⁊ lat⁹ in q̄stiōe ꝓcedēti. Alias ꝙ res mēsurat solū ꝙ accidēs ⁊ i cōparatione ad motū siue suā durationē. Vl̄n res ꝑmanentes ⁊ q̄escētes tēp⁹ nō mēsurat nisi q: ꝓtinue trāsmutant ⁊ successiue durāt. Hec aūt est ratio mot⁹. q̄ tēp⁹ q̄cq̄d mēsurat mēsurat i ordine ad durationē siue motū. Idcirco sicut mot⁹ ꝙ se mēsurat tpe: ita ꝙ se est in tpe. ⁊ sicut res alie a motu ꝙ accidēs mēsurant tpe: ita ꝙ accidēs sunt i tpe. Quia fm Arest. hic rē esse i tpe est rē mēsurari tpe. Rē aūt mēsurari tpe est ipsaz excedi a tpe. Vl̄n res q̄ sp̄ sunt. i. etne fm Arest. nō mēsurant tpe. Res q̄ mēsurat tpe duobꝫ modis. Prio ꝙ se q̄ videlicet hꝫ ptes successiuas ptibꝫ tpis correspōdētes. Secō mō ꝙ accidēs q̄ videlicet durat cū duratiōe tpis. Prio mō solus ⁊ ois mot⁹ mēsurat tpe. sed secō mō res generabiles ⁊ corruptibiles mēsurant tpe. Vt ꝛo clar⁹ ꝓdicta intelligantur. Est sciēdū q̄ fm Arest. hic i textu duo requrunt ad hoc q̄ aliq̄d sit i tpe ꝓprie. Primū vt tēp⁹ ipm ꝓtinet. sicut i sibi loc⁹ ꝓtinet ⁊ circūdat locatū fm q̄ aliquid patiat a tpe id est q̄ cadat sub trāsmutatiōe. oia cū tpe senescūt. Vnde infert Arestō. q̄ tēp⁹ sit causa corruptionis id est lapsus tpis res corrūpunt. vt lapsu tpis nos senescim⁹ ⁊ morimur. vñ est causa corruptōis ꝙ accidēs. Licz mot⁹ celi ꝙ se sit causa generatiōis ⁊ corruptiōis: tn̄ in q̄tum sic est causa non est tēpus. Idcirco res que ꝓtinue transmutant sunt in tpe ꝓprie. q: q̄cq̄ sunt ⁊ q̄n q̄ nō sunt, ⁊ sic a tpe excedunt ⁊ ꝓtinentur.

Res mēsurat tpe duobꝫ modis ꝓmo

Ad hoc q̄ aliq̄d sit in tpe duo requr̄

Notandum tercio q̄ fm mentem Aresto. hic Esse in tem-
pore dr dupliciter. Primo est rem mensurari tpe. t illud est ꝓpie esse in tem-
2° pore. Scō t improprie est esse qñ tempus est. isto modo res indiuisibiles t
eterne sunt in tēpore psenti q̄a sunt quando tēpus psens est. Esse tñ in tēpore
fm eundē hic equiuoce dr. Primo est esse partē ipsi⁹. vt instans est in hora:
hora in die: dies in hebdomada: septimana in mense: mēsis in anno. Scō
esse in tpe est qñ esse alicui⁹ rei mensurat tpe vt oē transmutabile. Tercio q̄a
mensurat adequate terminis ipsi⁹ tpis vt solus mot⁹. Patet ḡ q̄ ois res ali-
quo modo est in tpe. Proprijssime motus est in tpe. deinde ꝓpie generabile
t corruptibile. deinde res ꝑmanēs t q̄escēs. postea idiuisibile improprie. Im-
proprijssime ꝙ eternū.

Respondet ad questionem. Quies id est res quiescens men
surat tpe. Probat auctoritate Aresto. hic in textu dicentis. Cm̄ aūt tempus
est mensuratio quietis erit quietis metrū id est mensura fm accidens. Est er
go tēpus mensura motus ꝑ se t q̄tz fm accidens: qm̄ res q̄escens habet du-
rationē ꝑ accidens: ex⁹ actu non habet successionē. potest tñ habere aliud et
aliud esse respectu alio⁹ motuū t mutationē que ꝑ se mensurant tpe. Ra-
tione Arest. Quies est in tpe t excedit a tpe. igit mēsurat tpe. q: esse in tēpo-
re est rem mensurari tpe. ꝑ tempus etiam cognoscit cū ꝙ diu aliquid ꝙuet mo
tu et quiescat.

Arguit primo. Tempus non est mensura quietis. quia dif
finitio tpis est in oppositū Tēpus est numer⁹ motus ꝛc. alis idem esset men-
sura oppositor⁹ scz mot⁹ t q̄tz q̄d est falsum. q: mēsura et mēsuratū debent
esse eiusdē rationis. vij. t. p. metha. sed quies t mot⁹ sunt diuersa ꝓ rationū. er
go ꝛc. Respondet q̄ ꝓmo t ꝓncipaliter tēpus mensurat motum. t hoc vult
diffinitio tpis. sed alias res scz q̄escētes mēsurat ꝑ cōparationē ad motū. pro-
pterea Arest. in isto quarto capitulo dicit q̄ q̄cunq̄ non mouent neq̄ quie-
scunt non sunt in tpe scz ꝓprie. Ad aliud aūt dr q̄ ratio mēsure et mēsurati
sunt eiusdem denominationis t speciei. vt supra clarius aptum est. non aūt mē
surans et ipsum mensuratum.

Arguit secundo. Quicquid est in tempore etiaz est in motu
q: idē sunt. sed quies nō est in motu. q: sunt opposita q̄ꝓ vnū non est in alio.
q: alis q̄es mouerē q̄ō est impossibile. Rndet q̄ q̄es est in tpe cōmēsuratiue
et similiter in motu: nō aūt inhesiue vt ꝓbat argumentū fm Arest. iij. phisi.
In q̄cunq̄ est motus illud necessario mouet. et in q̄cunq̄ est quies illud ne-
cessario non mouet sed quiescit.

Arguit vltimo. Non ens non est in tempore. sed quies est
non ens quia est ꝙuatio. sed ꝙuationes nihil sunt vt patet. j. phisicoꝝ. Resp ō
detur q̄ quies hic capit ꝑ re q̄escente ꝓcretiue. Vltimo de tēpore queritur

Questio XV

Vtrū tempus dependeat ab

ania intellectiua. Vel sic Vtrū tēpus sit in nra potestate. Pro quo aniad-
uertendū est q̄ Arest. in vltimo capitulo huius quarti mouet talē q̄stionem
Vtrum tempus possit esse ꝑter animā id est anima non existente. Et ratio-
nes adducit pro vtrisq̄ partibus que infra patebunt. Ideo querit primo ti-

tulus: si nulla ania intellectiua esset an etiam nullus tẽpus esset. Secundus
so titulus differt a pmo q: psupponit tempus depẽdere ab aia nostra. Vñ
qrit An in cõmuni modo loquẽdi possim⁹ vti tpe psenti ad bñplacitũ nost⁹
In psenti ergo Primo solvenk aliq̃ ab Aresto. hic posita. Scdo respondebi
tur ad pmũ quesitũ. z Tercio dabik conclusio ad secundum quesitorum.

Quo ad pmũ est dubiũ tale: quõ tẽpus potest esse causa corruptiõis cum
fit ens in ania qõ nõ agit in rẽ extrinsecaz. Respõdek quia motus celi p se est
causa corruptionis z generationis. sed quia tẽpus fundak in motu. iij. phisi
cor. ergo tẽpus etiam est causa corruptionis ad minus p accidẽs. Vñ dici
tur vulgo: tẽpus te iubet mori: et tpe inducik ipsa senectꝰ. Secundũ dubi
um Quõ tẽpus sit vbiq̃: cum sit motꝰ primi mobilis qui est inbesiue in ce
lo z non vbiq̃. Respondek q̃ tẽpus quia est duratio successiua dr esse vbiq̃
in terra celo z mari sm Arest. erq̃ ois res que sub tpe cadit durat z non du
rat nisi p tẽpus. Tercũ Utr̃ idẽ sit tẽpus oim. Respondek q̃ idem est tem
pus vniuersale etiã in nũero oim rer simul existentiũ. q: eadem duratio: licz
nõ eqlis. q: vna res diutius durat alia. Et illud volut quarta ꝓprietas tpis
supradicta. Quartũ: quõ pot saluari vbum Arest. hic dicẽs. q̃ idem nunc
sit in toto tpe in re z solũ est aliud rõne: cum tũ tẽpus sit successiuũ z impossi
bile sit vnam ptem tpis semp durare. et implicat ꝯtradictionẽ. Respõdek q̃
mens Arest. fuit: idez mobile pot corresp̃dere toti tpi z cuilibet sue parti. et
ita capit nunc. p mobili qd corresponder ipsi instãti siue nunc. als vba Are
sto. non possunt saluari nisi q̃ idem nunc sez in specie est in toto tpe. Vltrum
aũt tẽpus cõponak ex ipsis nũc indiuisibilib⁹ contra mentẽ Arest. vel nõ: vi
debik forte in sexto Phisicor.

Pro secundo est pmittendum q̃ volens ognoscere ratio
nem z qditatẽ tpis: tria habet cõsiderare. Primo: tẽpus nunc̃ est sine mo
tu et motus nunc̃ est sine tpe actuali siue aptitudinali. Vnde tẽpus sequit
motum. iij. huius. z fundak in motu: imo est in re motꝰ vt supra ꝓbatum est.

Secundo in tpe est cõsideranda ipsa duratio successiua videlicet q: res du
rant. ꝑ durationẽ durant. sed impossibile est durationẽ esse sine successiõe sal
tem ꝓprie. Et istis duobus modis tẽpus dr capi materialiter siue fundamẽ
taliter. Tercio in tpe est ꝯsideranda ipsa mensura sez partium motus por
et posteriorꝭ incipientiũ z desinentiũ. Hec aũt mensura est discreta et circũ
uoluta p animã intellectiuam. Vnde hec est ratio formalis ipsius tpis q̃ tem
pus inc̃tum tẽpus est numerus siue mensura sez discreta ab ania inter ptes
motus. Sit ergo hec

Conclusio prima Tempus inc̃tum tempus dependet ab
ania. Ista ꝯclusio patet auctoritate Arest. in hoc qrto. capto vltimo. et auc
ritate cõmentatoris. Si tollis aiam tollis et tẽpus. Idẽ. Tempus est de nu
mero eor que complenk ab anima. Idem. Actualitas tpis est ab aia. Vñ
Arest. Impossibile tẽpus est esse ania si non sit. Ratiõe ꝓbak Arest. in tertio
Si nulla aia est tunc nullũ numerans est: erq̃ nihil aptum natum est nume
rare nisi ania. sed si nullum numerans esset: nullus numerabile esset. sed nul
lum numerabile potest esse absc̃ numero. ergo si nullus numerus esset: nul
lum tempus esset. Et vltimo infert. Si nulla anima esset nullus tempꝰ esset
ergo tempus est numerus motus. Item tempus est mensura discreta ab
ania intellectiua inter ptes ipsius motꝰ. ergo si aia nõ esset: tẽpus non esset.

quia discretio non potest fieri nisi ab ania intellectiua que hic capit large pro omni illo quod natum est intelligere. Est tñ verꝝ q tempus inc̄tum est motus siue duratio successiua potest esse p̄ter aniam t intellectū. q: motus primi mobilis etiam oib hominib dormientib non cessaret. imo esset insanus dicere q motus primi mobilis dependeret ab ania nostra. Unde Arest. pro ista pte ponit talē rationē Possibile est motū esse in q̄ est prius t posterius sine ania. sed ille motus est tēpus. Itez si nulla ania esset: adhuc esset velox t tardus motus. sed velox t tardus diffinit unꝝ p tēpus. ergo tēpus inc̄tus motꝰ nō dependet ab aia nostra. Unde ꝯclusiue tēpus formaliter ab aia dep̄det materialiter vo nō. Et p hoc ꝑsoluunt fere oia argumēta in oppositū facta.

Pro tercio est notandum q due notabiles sunt de illo opiniones An possimus vti tpe pro bñplacito nostro vel non. Una dicit q nullo modo tēpus saltem vniuersale possit esse in potestate nostra. quia tale tēpus est motus celi siue duratio successiua q̄ semp est et vbiq̄. Res em̄ durāt siue anima esset siue non. Unde cum ꝑsens nunc siue instās qō ꝓmutat ꝓteritū tēpus cum futuro ꝓmue fluit unū post aliud: imo est impossibile vt aliq̄ qua copula ꝑsentis tpis possit significare p̄cise illud instans. q: anteq̄ subiectum talis ꝓpositionis est, platum p̄terierunt infinita instātia. ergo nō possumus vti tpe p voluntate nostra. Alia vo est opinio q si cōmunis modus loquendi debet saluari: necesse est q vtamur tpe ꝑsenti p voluntate nostra. Et ꝓmo Ista ꝓpositio saluatoris Hoc est em̄ corpus meū: nō posset saluari in ꝓsecratione hostie siue corpis dñici nisi ꝟbum est importaret tempus ꝓsens t ꝑsens nunc fm voluntatē sacerdotis ꝓferentis hec verba: qm̄ vnꝰ ꝓfert verba citor: alter citius: alius tardius. Un̄ anteq̄ pnomē hoc ꝓferret transiuissent infinita nunc. Ideo asserunt oēs catholici t orthodoxe fidei cultores q verbum est importat tempus tā diu sacerdos p̄dicta ꝟba ꝓferat: ita q vltimū instans non esse p̄dicto ꝟ verboꝝ sit ꝓmum instans esse corpis dominī Item nulla ꝓpositio vera de ꝑsenti posset ꝓferri ex eadem ratione. ideo vtimur p̄senti nūc, p volūtate nostra. sic q verba de ꝑsenti ex impositione t certificatione importāt nobis tēpus ꝑsens longus vel breue. t de hoc est aliq̄d dictū tercio huius ibi Utrum motus localis sit. Pro concordia vo harum opinionum ponitur talis

Conclusio secunda. Tempus presens inc̄tum ab anima dependet ponit ad voluntatē loquentis t disputantis. Sed tempus ꝑsens inc̄tum est motꝰ celi siue duratio successiua nō potest esse in voluntate nostra Prima pars patet q: tempus inc̄tum tempus dependet ab ania nostra vt supra ꝓbatur. si ergo dependet ab ania nostra: possumus verbis ꝑsentis tpis vti, p tpe ꝑsenti quod mēsuret nobis ꝑsens longū vel breue. alīs ois ars oblitterica esset frustra. Immo ois disputatio. Et rediret opinio heraclitī dicentis nos nullum verum posse ꝓferre vnde nihil amplius loqui voluit. Et ratione patet supra adducta. Secūda ps patet ratione prime opinionis que etiam prima opinio ꝓcederet q aliquod tēpus particulare esset in potestate nostra. vt cursus sortis ꝛc.

Arguit contra primam conclusionem. Tempus non dep̄det ab ania. quia etiam nulla ania existēte adhuc in motu esset prius t posterius que sunt ratio temporis: t nihilominus motus celi non cessaret qui est tempus. Respondet q totū argumetū verum ꝓbat sez q tempus non dep̄

deat ab aīa nostra inc̄tus est motus siue duratio successiua sed solū inc̄tus est mensura ꝛc̄.

Arguit. Multi fiunt motus circa quos nulla ania aduertit. vt pugna inter feras in siluis durans sepe ad horā vel duas. ergo si tempus dependeret ab ania isti motus non fierent in tēpore q̄d est falsum. Respondet q̄ isti motus vel similes fiunt in tpe. ꝛ licet actu nulla anima aniaduertat et p̄ p̄sequens non possint isti motus mensurari actu: tm̄ tēpus est mē sura actualis vel aptitudinalis.

Arguit. Etiam si nulla anima esset adhuc essent instātia in tempore ꝛ tēpus p̄sens p̄teritū ꝛ futurū: ꝛ ista tēpora mensurarent oēs motꝰ quia partes cuiuslibet motus realiter ꝛ in veritate correspondent preterito futuro p̄senti tpi ꝛ ipsis instantib⁹ in tpe. Respondet q̄ licet ptes motus anima non existente correspondeant ptibus ipsius durationis successiue q̄ tēpus materialiter est: non tm̄ correspondent ipsi mēsure fm durationez: q̄m talis mensura est ab anima discreta.

Arguit contra secundam cōclusionem, fm nostrū affirmare vel negare nihil sequit mutatum in re ad extra. ergo si imaginemur totum diem p̄ die p̄senti, p̄terea non sequitur q̄ ita sit: q̄m dicit Arest. iij. huiꝰ. Nihil habemus de tempore nisi p̄sens nunc. ergo cōclusio quo ad p̄mā partez est solū imaginaria. sed credere imaginationi est inconueniens. iij. phi. Respondet breuiter q̄ argumentū p̄cedit de tpe si capitur materialiter, p̄ motu et etiam istud concedit secunda pars conclusionis. Immo tempus inc̄tum tempus cum sit ens in anima cadit sub imaginatione que potest esse rerum que sunt: que possunt esse: vel que sunt impossibilia: rēs autem imaginatio est rez que sunt, igit̄ ꝛc̄.

Finit liber quartus Phisicoꝝ.
Sequit liber quintus.

Transmutatur autē trās

mutatū ome tē. Iste liber ānt⁹ phisicoꝝ ar estotel' tractat de diuisiõe motus in suas ptes subiectiuas. id ē species. Et to tus liber diuisus ē in tres tractatus. In q̄ꝝ ꝓmo agit de diui sione motus. Scõs de vnitate ipius motus. Tera⁹ de ꝓprietat⁹ motuum. Premittit tñ aliqua in ꝓncipio. et Primo aliquid põt moueri triplicit'. s. p accidẽs. p se z p se ꝓmo. Itē etiã aliqd̄ est mouens triplicit'. de q̄ latius a ꝓncipio septimi phisicoꝝ. Secundo enumerat ea que ad motũ ꝯcurrunt. scz moues: mobile: tẽpus. terminus a q̄ et ad quẽ. Tercio philosophũ na turalẽ oportet ꝯsiderare in hac sciẽtia debitis q̄ motui accidũt z mutationi ẽm se z p accidẽs cũ talia sint q̄si oia z infinita. Quarto ois mutatio est de q̄ dã in q̄ddã. s. de termino a q̄ in terminũ ad quẽ. Quito infert ꝯclusionẽ ta lẽ. Solũ tres sunt species mutatõnis. Una q̄ est de subiecto in subiectum. Alia q̄ est de nõ subiecto in subiectũ. Altera q̄ est de subiecto ī nõ subiectũ Et p subiectũ intelligit terminũ a quo vel ad quẽ positiuũ siue vt in textu exponit affirmatiuũ. p non subiectũ vero ꝓpriũ. Probat aũt ꝓdictã con clusionẽ. q: ois mutatio aut est ire ꝓria. et habeñ ꝓma species. aut inẽ ꝓtra dictoria z habeñ alie due. Mutatio eñ que est de nõ subiecto in non subie ctum nulla est. Sexto infert q̄ generatio nõ sit mot⁹. Septimo q̄ corruptio nõ sit motus. z rationes videbunt infra. Ultimo q̄ ois motus est de positi uo in positiuũ. siue de subiecto in subiectũ. z tantũ de capitulo ꝓmo. Sup q̄ queritur primo.

Questio I

Vtrũ generatio et corruptio

sint species motus. Notandũ ꝓmo. licz motus accipiaꝫ multiplicit' vt est visum. iij. phisicoꝝ circa diffinitoem motus. in ꝓposito scz vt in ānto phisi coꝝ. Motus est mutatio successiua q̄ est de affirmato in affirmatũ. id ē de termino positiuo a quo in terminũ ad quẽ positiuũ vel acq̄situũ. z sic sũt so lũ tres species motus immediate. s. in q̄litate. vt alteratio. in q̄ntitate vt au gmẽtatio diminutio. in vbi vt mot⁹ local'. Species ꝯo mediate sunt mlte Sunt aliq̄ innotate actu. aliq̄ ꝯo notate. Vnde Arest. in capitulo scõ dic̄ q motus ẽm quãtitatẽ est solum notatus in suis speciebꝰ. s. augmẽtatiõe et diminutiõe. sicut etiã motus localis nõ habz uo men ꝓmue. Species vero alteratõis sunt frigefactio calefactio humefactio nigrefactio albefactio. et sic de aliis. Species motus localis sunt motus sursum: mot⁹ deorsũ: mot⁹ circularis. motus curu⁹: motus ad latus. et sic de aliis.

Notandũ secũdo q̄ aliqui insistentes ꝓsenti textui dixerũt generatiõem nullo modo esse motũ. imo q̄ fieret in nõ tpe asserẽtes q̄ arest. licz posuerit in postꝓdicamẽtis generatiõem et corruptiõem esse species mo tus tñ eo tpe fuit iuuenis z in libris phisicoꝝ ꝓsertim hic ī ānto illud retra ctauerit. Ideo est vna opinio dicens q̄ generatio substãtialis fit in instãti. z ꝓbat auctoritate ꝓmentatoris. vj. hui⁹ dicẽtis. Trãsmutatio que est in sub stantia est in nõ tẽpore. sed omnis motus debz esse successiu⁹. iij. hui⁹. Ideꝫ. Finis trãsmutatõnis est indiuisibil'. et sic generatio est indiuisibil'. ergo fit ī instanti. Itẽ omnis forma est indiuisibil' ẽm auctorem scz ꝓncipiorũ. sed ge

neratio est forma. q; est suus termin⁹ ad quem qui est forma substantial'. q̄
nia dicit. iij. phisico⁊. Motus est ō essentia sui termini ad quē. De hac etiā
opinione videt esse cōmentator. vj. phisico⁊ dicens. Etiā declaratū est q; fi
nis trāsmutatōis est indiuisibil'. Et intelligo p transmutationē illud cuius
finis est generatio et corruptio que nō diuidunt fm magis et minus. z sub
dit. Et ideo generatio z corruptio nō sunt mot⁹ neq; existunt p se sed sequū
tur motū. Alia vero est opinio nō ita innitēs solis auctoritatib⁹ sed magis ex
perientijs et ratōib⁹ a quib⁹ phia naturalis exordiū sumpsit dicēs. q; gene
ratio et corruptio sint mutatōes successiue. Probat auctoritate aresto. iij. phi
sico⁊ q̄ ponit illas inter species mot⁹. Itē cōmentator. vij. phisico⁊. genera
tio z corruptio sunt motus. Itē q̄cūd est tardū vel velox sapit naturā mot⁹
z sunt differētie ipius motus. sed ois generatio z corruptio sunt veloces vl
tarde. vij. hui⁹. Ratōe. pbat z experientia tali. Nam videmus ignem genera
ri in stramib⁹ successiue et nō in instanti. z ibi nihil generat cū forma substan
tialis ignis. Alia ratōe. quicquid acquirit cū resistentia acquirit cū successi
one. sed illud q̄ generat acquirit cū resistentia ex quo omne q̄ generatur a
suo cōtrario generat. j. cel. imo ex quo generatio vnius est corruptio alteri⁹
j. de generatōe. necesse ē q; forma p̄cedens sue corruptōi resistat. sed vbi ē re
sistentia ibi necessario est successio. Itē generatōes et corruptōes sunt natu
rales fm oēs. sed fm cōmentatorē nullū agens cui⁹ substātia est in tpe agit
in instanti. igit nulla generatio pōt esse instantanea. Item actus actuoni
fiunt in subiecto pdispōsito. j. de generatōe. sed in oīi generatōe substātali
p̄cedit alteratio. ibidē. Ergo sicut alteratio fit successiue parit ipa genera
tio. quoniā p alteratōem forma substātial' introducit in materiā p̄mā. Itez
habitib⁹ p̄sentib⁹ in materia cessat motus. j. de genera. z illud nō pōt alit in
telligi q̄ de ipa generatōe saltē p̄prie. sed si cessat motus necesse est q; forma
substantialis successiue introducat. Sed ad primā auctoritatē cōmentatoris
respondet q; q̄ ad nostrū sensum nō percipimus generatōem substantialē ni
si res iam sit totaliter genita. et illud apud nos est tēpus imperceptibile. q̄m
vulgus nō dicit nisi totū cōpositū generari vt totū asinū. ergo sic loquit cō
mentator. Ad hoc aūt q; forma sit indiuisibilis est dicendū q; forma substā
tialis z accidental' est indiuisibilis. s. in ptes diuersaz rationū. alias ē falsum
q; forme brutales sunt extēse ad extensionē sui subiecti. z p consequns sūt etiā
diuisibiles. Ergo generatio et corruptio sunt mutatōes successiue. In ppo
sito ergo debz generatio z corruptio capi p generatōe et corruptōe substāti
ali. q; de generatōe accidentali nō esset dubiū q̄n sit motus vt in q̄nto. cum
alteratio sit generatio accidental'. imo impossibile est aliquē motū fieri sine
generatione accidentali. vt patz inductiue.

Respondet ad questionē. generatio et corruptio nō sunt mot⁹
vt in q̄nto. dicz sint motus vt in tercio. siue capiēdo motū p mutatōe succes
siua. Prima pars patz auto. aresto. expsse in textu hic dicētis. Haz aūt mu
tationū q̄ sunt fm generatōem et corruptōem nō sunt mot⁹. et illō glosat cō
mentator dicēs. Hoc intelligendū est de generatōe subēsit⁹ de corruptione
substātiali. Prima ratio aresti. quod nō est illud nō pōt moueri. sed q̄ gene
rat nō est. ergo illud q̄ generat nō mouet. z vltra. ergo generatio nō ē mo
tus. Secūda ratio. illud quod mouet est in loco. sed illud quod generat nō
est in loco. q; quod generat nō est. igitur generatio nō est motus. Q; corru

ptio non sit motus sic pbat. Omnis motus contrariat motui aut ḡeti. sed corruptio nō contrariat motui quia nō generatōi. exquo generatio non est motus. igitur corruptio nō est motus. Alia ratio Aresto. Sola mutatio q̄ est de subiecto in subiectū siue de affirmato in affirmatū est motus. quia solum tres sunt mutatōes vt supra patuit. sed cū mutatio que est de subiecto in non subiectū scz corruptio nō sit motus. neq; mutatio de nō subiecto in subiectū scz generatio. ergo motus est solū de subiecto in subiectū. et p consequens generatio z corruptio nō sunt motus stricte. Secūda ꝓ pars cōclusionis ꝓbat p opinionem secundā.

Arguitur primo, generatio est motus in ānto quia fit ɔ positiuo in positiuū. exquo fit de forma in formā que sunt res positiue. ergo. Respondet q̄ licet generatio fiat inter duas formas substātiales sīt corruptio tm vna earū semp corrumpit. z sic nō habet rationē positiui et subiecti sed ꝑuatiui.

Arguitur secundo, generatio nullo modo est motus, pbat p rationē Aresto. Illud quod generat nō est. igit nō mouet. ergo generatio nō est motus. Respondet q̄ ratio aresto. plus est ꝑsuasiua q̄ demōstratiua. imo locus a casib⁹ ad cōiugata intelligit in ꝑdicatōibus essentialib⁹ et ꝑdicatiuis. Vnde in simili nō sequit. Petrus mouet ergo petr⁹ est motus. motus nō mouet vel alterat. igit motus nō est motus vel alteratio

Arguit, generatio est motus similiter corruptio, q̄ aresto, i tercio phisicoꝝ z in postpdicamētis ponit sex species motus inf q̄s etiam ponit generatōem z corruptōem. Respondet q̄ in illis locis aresto. loquit large de motu vicz, put est mutatio successiua. aliꝰ autē hic in quinto fit mētio de motu vt supra visū est sufficiēter. Ideo in hoc primo capitulo ɔcludit q̄ generatio et corruptio nō sunt motus. exquo omnis motus est de affirmato in affirmatū. In secūdo vero capitulo declarat ad que ꝑdicamenta sit p se motus. exquo antea dixit q̄ termin⁹ ad quē ipm motū denominat. z postea ɔcludit. q̄ solū tres sunt motus. s. in qualitate in q̄ntitate z in vbi. iō vero ordine ꝓtractat ad que ꝑdicamēta sit p se motꝰ. Et vltimo ponit istā ɔclusionem Solū ad tria ꝑdicamēta est p se motus. Vnde querit

Questio II

Vtrū solū ad tria ꝓdicamē

ta sit p se motus. Vbi notandū primo Exā terminus ad quem extrinsecus et immediatus denoiat totū motum fm arestotelē. ānto buiꝰ. z. iij. phisicoꝝ. vt maio: quātitas augmētationē. albedo albefactōem. caliditas calefactōem ⁊c. ideo q̄ a fine oia sunt denominānda. ij. de aia. Propter ea merito motus debz reponi ad ꝑdicamentū z denoiari ad illud vel aliud ꝑdicamētum ratōe sui termini ad quē extrinseci z imediati. Ille ꝙ terminus dicit extrinsecus et immediatꝰ qui semp p talem motū totalem et solū p talez acquiritur vt caliditas calefactōis sicz etiā acquirat p motū localem. s. quando motus est confricatiuus. nō tm sp. q̄ multi sunt motus locales q̄ nō calefaciūt. vt leuatio manus. motus celi. neq; solū sed etiā p calefactōem acquirit.

sed p calefactōem semper et solū ꝓducit ꝛ p se ꝓducit caliditas. Vñ motꝰ localis cōfricatiuus solū calefacit p accidens In ꝓposito vo ꝓdicamentum non capit ꝑ ꝓdicamēto logicali de q̄bus disputat veteriſta: sed de ꝓdicamēto phisicali scz qō est res significata formaliter p terminū alicuꝰ ꝓdicamēti. quia ꝓdicamētū logicale subordinat et correspondet ꝓdicamēto phisicali. scientia em̄ naturalis nō est scientia terminoꝝ sicut logica sed reꝝ. Hoc tñ verum est q̄ nō est possibile etiā de ꝓdicamētis phisicalib⁹ loq̄ nisi p terminos res ipas imediate significantes q̄m res ad disputatōz ferri nō possunt ideo terminis vtimur ꝓ rebus .ꝓmo elencoꝝ. Logicus vero siue veteriſta licz etiam p terminos loquat: nō tamē nude ipos ꝯsiderant vt plerīq̄ quos ydeaticos siue reales appellamus falsenobis ꝛ veritati impingūt. neq̄ ipi rem ipam ad ꝓdicamenta reponūt vt alij eis ascribūt. Esset em̄ nihil insanius nudū terminū sine suo significato ad ꝓdicamentū locare. sicut multo insanius esset si res realis ad ꝓdicamenta reponerent. vt realis bos in stabulo sortis. et realis asinus in stabulo molitoris. Propterea nō insequoꝝ eos qui hic aresto. tele terminaliter siue nominaliter exponūt cū nō fuerit mēs sua vt clare in textu suo patet.

Notādū secūdo q̄ ille motus p se est ad aliquod ꝓdicamētum cuius terminꝰ immediatꝰ et extrinsecus ad quē realis significat p rationē formalem alicuꝰ ꝓdicamenti. vt frigefactio est motus per se ad qualitatem. quia p frigefactōem semp acquirit frigiditas et per se solum. frigiditas autē est in qualitate. Item augmentatio siue diminutio est motus ad quantitatē. quia p ipam semp acquirit quantitas maioꝝ vel minoꝝ. et solus p ipam p se. Ille vero motus est ad ꝓdicamentū p accidens. cuius terminꝰ immediatus et extrinsecus ad quem nō est aliquid illius ꝓdicamenti fm eam rationem formalē. id est cuius terminus ad quem talē motum denominās immediatus soluz habet nomen alterius ꝓdicamenti mediate siue p accidens. quia scz non semp et solum per talem motū acquirit. Exemplum. alteratio est per se ad qualitatē. quia impossibile est fieri alteratōem ꝓpter dictam nisi p eam acquiratur qualitas que totam alteratōnem denominat vt humefactōnem vt humiditas .vel sanatōnem vt sanitas ꝛc. Licz ergo humiditas sit patiens .caliditas agens. et per conseqns alteratio deberet esse in actione vel passione cum per eā sit acquisitū agens vel patiens tamē hoc est solum mediate et p accidens. quia caliditas est agens sine alteratōe precedente. vt in igne. Vnde alteratio licz p se sit solum ad qualitatē: tamē p accidens potest esse etiā ad alia ꝓdicamenta. scz relatōem quantitatem actionem passionem ꝛc. Ita etiam est declarandū de alijs motibus. Et motus in ꝓposito debet capi vt in quinto. ꝓout solum tres habeat species. Ergo licet Aresto. iij. phisicoꝝ ponat motū ad quatuoꝝ ꝓdicamenta .vt generationē corruptōnem ad substantiā. alteratōnem ad qualitatē. augmentationem diminutōnem ad quantitatē. motū localem ad vbi: tamē ibi Aristoteles accipit motum large. Vnde dicit cōmētatoꝝ. Necesse est motū q̄ est ad substantiā numerari in genere substantie

Cōclusio. solū ad tria ꝓdicamēta est p se motꝰ .qz alteratio ad qualitatē. motus localis ad vbi. augmentatio diminutio ad quantitatem. Probat auctoritate aresto. in ij q̄nto sic dicētis. Si ergo predicamenta

diuisa sunt substantia ⁊ qntitate ⁊ qlitate qñ vbi ⁊ aliud aliqd ⁊ facere ⁊ pa⁊ ti: necesse est tres esse motus ⁊ quantitat⁊ ⁊ qlitat⁊ ⁊ sm locū. Ratio Aresto. est talis. In illis pdicament⁊ est motus in qb⁹ est ꝓtrarietas. sed in trib⁹ pdi cts solū est ꝓtrarietas. g̃ tc. Q⁹ aūt ad substantiā nō sit mot⁹ ꝓbat specialiter sic. q: ois mot⁹ est de ꝓtrario in ꝓtrariū. sed substantie nihil est ꝓtrarium igit. Q⁹ in ad aliquid nō sit p se motus sic ꝓbat (⁊ potest hec ratio etiā applicari ad alia pdicamenta in qb⁹ non est p se mot⁹) In illo pdicamento nō est p se mot⁹ qđ potest acqri in aliqua re sine motu eiusdē. Sed relatio pōt acqri sine motu ipsius rei. vt si sortes esset albus plato qui albificat fit ei similis vñ in sorte acqrit relatio sine suo motu. Itez Sortes est mihi sinister tunc si ad aliud latus vadā fit dexter vnde in eo acqrit dextreitas sine suo motu q̃ est relatio. Q⁹ aūt ad actionē ⁊ passionē nō sit p se mot⁹ sic ꝓbat. Nulli⁹ motus est motus nec⁹ generatiōis generatio. sed actio et passio sunt motus. ergo ad actionē et passionē nō est p se motus. Dato ꝛ ꝓbat multiplici rōne q̃ infra patebūt in qstione Vtrū motus sit motus tc.

Arguit primo. Prime due rationes Aresti non concludūt

Sc⁹ In illis pdicamentis est p se motus in qb⁹ est ꝓtrarietas: q: quātitati nihil est ꝓtrariū sm Arest. in pdicamēt⁹. Ire dicit ibidē. Inest aūt relatiōi cōtrarietas. ergo nulla ea⁹ ꝓcludit. Rndet ꝑmo q ꝓtrarietas hic capit nō ꝓprie. q: sic in sola qualitate esset ꝓtrarietas. sed capit ꝑ repugnātia aliquoꝝ termioꝝ a quo ⁊ ad quē positiuoꝝ: inter q̃s potest esse mutatio successiua facta in subiecto existente hoc aliqd in actu. ⁊ sic solū reperit in pdictis trib⁹ pdicamēt⁹. q: in generatione ⁊ corruptione subiectū nō est hoc aliqd in actu id est totū cōpositū sed materia ꝑma. Sed ad aliud dr q Aresto. in pdicamento relationis nō loquit sm opinionē ꝓpriā.

Arguit secundo. In ad aliquid est motus per se. Probatur

Assimilatio est motus ⁊ est in ad aliqd. Item sanatio est p se motus. v. Phi sico ꝛ. sed sanitas est in ad aliqd. vij. phisico ꝛ. g̃ in ad aliqd est mot⁹ p se. Respondet ad ꝑmū. Assimilatio qua Petrus fit similis sorti in albedine est motus ⁊ solū p accidēs ad aliqd: qm̃ p motū albefactiōis acqrit immediate albedo que est qlitas: postea p accidēs sequit assimilatio. Ad aliud dr q ad aliquid hic capit stricte ꝓut habet rationē fȝmalē distinctam ꝓtra alia predicamenta. sed sanitas est ad aliqd large. imo quelibet res mundi est ad aliquid large: ex quo idem ⁊ diuersum sunt sue differentie immediate. sed ois res est eadem respectu sui ipsius ⁊ diuersa respectu aliorum. vnde sic esset verum q ad aliquid sit per se motus.

Arguit tercio. Motus sm cōmentatorē est in pdicamento

passionis. igit et iā oēs sue species. q: gen⁹ ⁊ species debēt reponi ad idē pdicamentū. Respondet ꝑmo q Arest. hic ꝓncipaliter nō disputat in qb⁹ pdicamētis sint ipsi mot⁹ sed ad q̃ sint id est q̃ termini ad quē q̃ in diuersis sunt pdicamentis p mot⁹ p se ⁊ immediate acqrunt. Scōo dr q mot⁹ in ꝓprium est successio est in passione q: recipit successiue in mobili. sed recipe est pati. sed hic considerant ipsi motus nō ꝓut sunt successiones: q: de illis argumentū vez ꝓbaret. sed ꝓut cōsiderant ad suos terminos ad quos q̃ ipsos motus denominant. Vñ patet q male dicūt isti q̃ motū appellāt in pdicamento p se cui⁹ termin⁹ immediat⁹ ⁊ intrinsec⁹ est aliqd illi⁹ pdicamēti. q: termini intrinseci mot⁹ sunt ꝑma ⁊ vltima pars successionis q̃ semp est in passione quia recipit.

Arguitur vltimo. Ad petrū est motus localis, et petrus ē substantia. igit ad substantiā est p se motus. Respondet q ad petrum non est p se motus. quia petrus non est terminus immediatus p talem motum acquisitus talē motū denominās. ergo. Unde patet q solū ad tria p̄dicta p̄dicamenta est p se motus. licz p accidens possit esse ad plura. Et rō aristotelis que hoc probat est sufficiens. s. q in illis solū reperitur contrarietas. et quia ois motus est de ōrio in ōtrariū sequit q solū ad tria p̄dicamenta est p se motus. Sup qua ratōe mouet talis questio

Questio III

Utrum omnis motus sit de ōrario in contrariū

Notandū primo q motus accipit vt in ānto sicut supra est visum. Cōtrarietas ꝓo capit p repugnātia termino p inter ās potest esse mutatio successiua facta in subiecto existēte h̄ aliq̄d in actu vt termin⁹ a q̄ z ad quē augmētatōis est maior et minor q̄ntitas que in ꝓposito ōriant. Ita etiā repiditas et caliditas intēsa sunt termini alteratōis et hic ōtrariātur. vnde ōtrarietas in p̄senti capit large. Et sic patet q q̄stio tantū querit. Utrum omnis motus sit de termino a quo in terminū ad quē q̄ termi ōriantur. id ē. an termini a quo et ad quē motus vt in ānto sint cōtrarij large. quia nō possunt simul et semel idē denominare sed successiue.

Contrarietas ea

Respondet ad questionē. Omnis motus finitus est de contrario in contrariū. id ē cuiuslibet motus termini extrinseci a quo z ad quē sunt cōtrarij. Probat auctoritate aresto. hic in textu q̄ hanc ꝯclusionē exposuit. Ratōe. pbat inductiue. q: extā tres solū sunt species motus. Augmētatio est de minore q̄ntitate ad maiorē. diminutio ecōtra. sed maior z minor q̄ntitas hic contrariant. Alteratio est de q̄litate ōtraria vel media in q̄litatem contrariā sed ille ōtriant. Motus localis est de loco ad locū. vt a sursum ad deorsum qui loci ōtriant admodum large. vt ꝑm Arest. hic alibefactio sepe est de minus albo ad magis albū. sed minus et magis albus large ōtriant. Unde dicit. Omnis motus est de ōrio in contrariū simpliciter aut quodāmodo. id ē large.

Arguitur primo. motus celi circularis est ab eodem ad idem viij. phisicoꝝ. sed idem nō contrariat sibi ꝑpt. g nō ois motus est de ōrio in contrariū. Rndet q totus motus celi ꝑm mentē arest. nō est de ōrio in contrariū q: est eternus et p conseqns nō habet terminū a q̄ z ad quē. q: alias esset finitus. z ideo in ꝯclusiōe addit finitus. sed alias quelibz circulatio partialis scz de die in diē est de contrario in cōtrariū. q: alius est p̄ctus orientis. alius occidentis. imo p̄ctus vbi sol hodie oritur nō est ille p̄ctus vbi cras oriet̄. z sic terminus a quo et ad quem contriant. Aresto. ꝓo loquit ꝑm vulgum siue sensum. q: vir aliter p̄cipimus

Arguitur secundo. Termini intrinseci motus etiaz sunt cōtrarij. scz vltima z ꝑma pars successiōis. q: nō possunt simul et semel idē denominare sed successiue. Respondet q termini intrinseci nulli⁹ motus sunt ōtrarij etiā in ꝓposito cū sint eiusdē ratōis totalit. alias albedo tabule z albedo mense essent contrarie si ratio ꝑcederet. Et licz ꝑma et vltima pars motus nō possunt simul idē denotare tū h̄ nō est rō. sue essentie. sed q: non

possunt simul esse, p eodē tpe. q: qñ vna pars motus generat rūc alia co:rūpitur. et ideo cōtrarietas in ꝓposito habet locū in pmanentib⁹, alias nūc bore ꝑme et nunc hore secunde essent contrarie.

Arguitur tercio, Contrarietas est maxima differētia, r, meo thaphisice, sed terminus a quo et ad quē nō maxime differūt. ⁊ min⁹ albū ⁊ magis albū: tepiditas et caliditas. igit ⁊c. Respondet q illa auctoritas et sil'es debent intelligi de contrarietate ꝓprie dicta, qualiter nō accipit in ꝓposito. Unde nunq̄ ꝓprie termini motus ⁊trariant nisi forte in alteratōe. Ergo ⁊clusiue patz q: ois motus est large de cōtrario in contrariū. Quia autē Aresto. postea cōparat motus adinuicē. q videlicz sint ⁊trarij. Cōcludens in tractatu tercio q illi motus sunt ⁊trarij q sunt de terminis ⁊trarijs. etiaz ideo motus dicunt ⁊trarij q: sunt de terminis ⁊trarijs in terminos ⁊rios. Propterea qstio seqns mouet post p̄dictam ꝓpter eaz̄ conuenientiā. Utrū de queritur.

Questio mi

Utrum ideo motus sint cō-

trarij q: sunt de terminis ⁊trarijs. Notandum est breuiter q qstio locat de terminis motuū extrinsecis. q: prima et vltima ps successiois que dicunt termini intrinseci ipius mot⁹ nō sapiūt naturā contrarioꝝ aliquo mō. vt supra, pbatū est in argumēto scdo. Et mens aresto. fuit de speciebus mot⁹ ⁊trarijs. vt albefactio et nigrefactio ⁊trariant. sil'r calefactio et frigefactio. ⁊rez augmētatio diminutio mot⁹ localis sursum et motus deorsum. sunt em de terminis q̄ qbus ⁊trarijs ad terminos ad qs ⁊rios. ideo in genere ⁊trarietatis motuū illi motus ꝓprie et pfecte ⁊trariant. q̄ꝝ termini a q̄ sunt ⁊trarij. ⁊ etiā termini ad quē. vt augmētatio et diminutio: calefactio ⁊ frigefactio. liter etiā ex quo motus capit suā denominatōem a termino ad quē nō req̄rit ⁊trarietas terminoꝝ a quo. Sz ad hoc q motus sint cōtrarij sufficit q eorum termini ad quē extrinseci sint cōtrarij. Unde albefactio et nigrefactio a fusco sunt motus ⁊trarij ⁊ nō habent eundē terminū a q̄. s. fuscū. Similiter calefactio ⁊ frigefactio a tepiditate.

Respondet ad questionē, motus ex eo dicuntur et sunt cōtrarij. q: sunt ad terminos ad qs cōtrarios. Probat auto. aresti. in tractatu tercio dicēs. Relinquit autē q est in cōtraria ex contrarijs ⁊c. Nōe tali. terminus ad quē denotat ipm motū. iij. et. v. phisicoꝝ. ergo termini ad qs duoꝝ motuū ⁊trarij denomināt ipos motus ⁊trarios. Alia nōe et inductiue patz de oib⁹ speciebus motuū ⁊trarijs. vt iam supra patuit.

Arguitur primo, si ideo motus essent cōtrarij q: sunt ō terminis ⁊trarijs tunc duo mot⁹ in celo essent ⁊trarij. s. ab oriēte i occidens. et motus ab occidēte in oriēs. et p ꝓseqns esset ⁊trarietas i celo ꝑ aresto. j. celi Rñdet q mot⁹ diurn⁹ et ꝓpri⁹ sperax sūt ꝓrij. vt pbat argumētū. sz i celo nō est ꝓrietas. i. resistētia. vl ꝓrietas ꝓprie dicta inē q̄litates contrarias

Arguitur secūdo, frigefactio et calefactio ad tepiditatē sūt mot⁹ ꝓrij ⁊ nō habēt eūdē terminū ad quē. s. tepiditatē. q̄ etiā req̄rit ꝓrietas terminoꝝ a qb⁹. Rñdet calefactio si nō terminat ad caliditatē nō meret di si calefactio sz potius repefactio. Ideo dicit breuiter q p̄dicti duo mot⁹ di

cuntur due repefactões. exq̃ termin⁹ ad quē est repiditas ꝛ nõ ꝓtrariant.

Arguitur vltimo, vnus motus nõ contrariat alteri, exquo motus q̃libꝫ est ipa successio. vt ꝓbat. iij. phisicoꝝ. ſꝫ vna successio nõ ꝓriat alteri. neq; termini a q̃ et ad quē successionũ ꝓriant cũ sint eiusdem rationis cũ tota successiõe. g̃. Rñdet q̃ arest. nõ vult q̃ditas vni⁹ motus sit ꝓtraria q̃ditati alteri⁹ motus vt ꝓbat argumentũ. ſꝫ qꝛ terminus ad quē extrinsecus denotat motũ. ideo etiã denotat vnũ motũ ꝓtrariũ alteri. et sic ꝓtrarietas motuũ nõ attendit penes intrinseitatẽ motuũ ſꝫ suos termios ad q̃s.

Questio V

Vtꝛ motus sit motus et generatõis generatio.

Hec q̃stio mouet sup rõe aresto. q̃ in tractatu ꝑmo ꝓbauit q̃ ad actõem ꝛ passionẽ nõ sit mot⁹. qꝛ alias motus eẽt motus ꝛ generatõis essꝫ generatio. qõ arest. ipꝛobat. Jõ q̃rit an ipe motus sit motus.

Notandum ꝑmo q̃ fm Aresto, tractatu ꝑmo hui⁹ quinti ꝑma pars q̃stiõis potest habere duplicẽ sensum. Primus. Vtrũ mot⁹ sit motus. id ẽ. an vn⁹ motus sit subiectũ alteri⁹ mot⁹. sic q̃ mot⁹ recipet in se inhesiue aliũ motũ. ꝛ ille sensus nõ ẽ ad ꝓpositũ sed ẽ falsus. qꝛ alias accidẽs essꝫ est accidẽs ꝑ Arest. iij. metha. Scõs sensus ẽ. vtꝛ mot⁹ sit mot⁹ id ẽ an vn⁹ mot⁹ sit termin⁹ ad quē extrinsec⁹ alterius motus. et sic intelligit q̃stio. Vñ tantũ q̃rit an vn⁹ mot⁹ totaꝛ sit termin⁹ ad quē extrinsec⁹ ipm motũ denominãs. sicut supꝛa dictũ ẽ q̃ termin⁹ ad quē totũ motũ denotat. Arest. autẽ ipꝛobat vtrũq; sensũ. Primũ sic. qꝛ mot⁹ nõ ẽ de genere subiectoꝝ. Jtez si vnus motus recipet in se inhesiue aliũ motũ tũc mouereꝯ ꝛ etiã q̃sceret qõ est ipossibile. qꝛ fm ꝓmẽtatorẽ illud qõ mouet põt aliq̃n ĩ se recipe q̃rem. ꝛ sic vnũ oppositoꝝ recipet ĩ se alterꝝ. Ptꝛ g̃ q̃ mot⁹ accipit stricte vt i q̃nto. qꝛ nemo dubitat q̃n mot⁹ mouet exq̃ generat ꝛ corꝛupit. igit mouet a specie ad gen⁹. Jta eodẽ mõ vna generatio nõ põt esse subiectũ alteri⁹ generatõis ex eadẽ cã. Scõm sensũ etiã ipꝛobat vt circa ꝓclusiõez ponet. Põt tñ q̃stio etiã hẽ a' iũ sensũ quē arest. nõ posuit. ſ. vtꝛ vn⁹ mot⁹ sit ps a' iꝰ mot⁹. ꝛ vna generatio sit pars alteri⁹ generatõis. Et ad illõ rñdet sic. vn⁹ mot⁹ totaꝛ nũq; est ps alteri⁹. qꝛ alias nõ essꝫ totaꝛ exq̃ esset ps alteri⁹. Partiaꝛ ꝛo motus est pars totiꝰ sui mot⁹. vt clare ad sensum patet.

Conclusio fm mentem Arest. vnus motus nunq; est terminus ad quē extrinsec⁹ alĩ⁹ mot⁹ ipm motũ denominãs. neq; generatõis ẽ generatio. Probat autoꝛ. arest. hic dicẽs. Neq; agẽtis neq; patiẽtis neq; coꝝ qõ mouet aut mouẽtis est mot⁹. ꝛ ponit ꝓcretũ ꝑ abstracto. vt sit sensus. neq; actõis neq; passiõis aut etiã ipius motus est motus. Et ꝓbat hoc multis rõibꝫ. Prima. si motus essꝫ motus tũc idẽ essꝫ motũ et nõ motũ. qõ ẽ impossibile. imo idẽ mouereꝯ et q̃sceret. Probat qꝛ qñ mobile ẽ in termio ad quē tũc cessat mot⁹. et mobile motũ ẽ. sed si terminus ad quē essꝫ mot⁹ tunc mobile nõ essꝫ motũ ſꝫ mouereꝯ. Scda rõ. si sic tũc ĩ motibꝫ ꝛ generatõnibꝫ essꝫ ꝓcessus in infinitũ. qꝛ nõ essꝫ maioꝛ ratio cur vn⁹ motꝰ hꝫet vnũ motum ꝑ termino ad quē et nõ ille aliũ. Pro tercia rõe ſupponit duo. Primo quando res generat tũc non æst. Secũdo qñ res generat tũc generatio est. Si ergo generatõnis esset generatio tunc ꝓ eodem tempoꝛe generatio esset ꝛ

non esset. qđ est impossibile. Probat q: qñ generatio est tūc res que generatur nō est. et cū generatio sit terminus generatōis vt diceret aduersari⁹ tūc res que generat necessario esset. z sic res generaret z esset genita. generatio esset z nō esset. p eodem tpe. Alia ratio. oīm qđ generat habz materiā. sed generatio nō habet materiā igit generatio nō generat. et p cōsequns generationis nō est generatio. Et sup hiis habz istis rationib⁹ mouet q̄stio sequens. Alia ratio terminus extrinsec⁹ ipius motus est res pmanens. sed motus nō est res pmanens. igit. Patet ḡ error eoz qui dicūt q motus sit su⁹ termin⁹ ad quē. q: est manifeste contra Aresto. in ꝓposito.

Sed diceres. tamē vnus mot⁹ terminat aliū motū, ergo vn⁹ motus est terminus alteri⁹ motus. Antecedens patet multis exēplis. Primū quia alteratio est ꝓpf generationē. et generatio est finis et termin⁹ alterationis. j. de genera. Scōm vnus mot⁹ sepe ordinat ad alium z alter istū terminat. Terciū. motū localem sepe termiat calefactio. vt patz in cursoribus. Quartū. i motu reflexionis vnus motus terminat reliquū. Quintū. febricitans iuit ad solē et fit san⁹. ibi sanatio termiat calefactōem et calefactio motum localē. Sextū. pter⁹ mouet localit ad ignē vt calefiat. ibi calefactio terminat motū localē. Septimū omnē generatōem termiat corruptio z e conuerso. q: generatio vni⁹ est corruptio alterius. z sic de multis aliis. Rñdet q vnus motus termiat aliū vt pbāt iste et silēs rōes. sed hoc nō est ꝯclusio nec. q: ꝯclusio dicit q vnus mot⁹ nō sit termin⁹ extrinsec⁹ ad quem. id ē gra cuius pmus motus sit ipm motū denominās. vnus em motus nunq̄ denomiat alterū. qđ tñ est ipius termini ad quē. Vnde dixit cōmentator. q̄nto huius: Impossibile ē q generatio habeat generatōem z corruptio corruptōem

Arguitur. motus est generatio, igitur motus mouet. vltra motus mouet igit motus est motus. Antecedēs patz ꝑ diffinitōem ꝓmentatoris. Motus est generatio ptis post ptē. Rñdet q motus nō mouet vt i q̄nto. q: nō alterat augmentat diminuitur neq̄ mouet localiter. licz large vt in tercio moueatur.

Arguitur. motus mouet. ergo motus est motus, antecedēs patet. sortes calefactus et currēs mouet localiter. et tal calefactio etiā mouetur. imo etiā mot⁹ local. q: est in sorte. sed motus nobis mouent oia que i nobis sunt. ij. thopicoz. Rñdet q calefactio in sorte nō mouet nisi p accidens. neq̄ sibi ineſt motus. q: accidens esset accidens. Ad auctoritate vero dicit q intelligit de illis q̄ insunt nobis inhesiue z sunt pmanentia. sz mot⁹ ē puz successiuū. Vñ ptz q ipius mot⁹ nō est motus sicut neq̄ actōis est motus. neq̄ actōis est actio ex eisdem rationibus supradictis.

Questio VI

Vtruz generatio generetur.

Notandū primo q generatio capit hic ꝑ generatiōe substantiali. et sic q̄ritur de generatōe ita etiā potest q̄ri de aliis speciebus motus. vt scz Vtrum alteratio alteret. Vtrum augmentatio augmentet. Vtrum corruptio corrumpat. Vtrū motus moueat. q: in omnib⁹ istis est par ratio et idē iudiciū. Quō aūt res successiua incipiat vt desinat generet et corrumpat patet res pmanens dicet libro sexto.

Conclusio ad mentem Aresto. Generatio non generat alia generatione ab ea distincta ⁊ ipsam terminãte. Probat autoritate Aresto. hic dictis ⁊ pbant̃ q generatio nõ generet vt patuit in rationib⁹ pdicte q̃stionis. Et ꝯmẽtatoꝝ. Impossibile est q generatio habeat generatiõem et corruptio corruptionẽ. Ratione tali. Si generatio generaret tũc generatio⁹ nis esset generatio quod est ꝓtra pdictã ꝯclusionẽ ⁊ mẽtez Arest. hic in textu oppositũ pbant̃. Antecedens patet. q: si sic tunc vna generatio esset terminus ad quẽ alteri⁹ generationis. Patet ergo ꝓtra multos q generatio non est forma substantialis que generat. q: Aresto. dixit in multz̃ locis q ista generat ⁊ tñ hic negat q generatio generet.

Arguit primo. Generatio nõ est perpetua ergo incepit. sed omne qõ incipit: incipit ꝑ generationẽ vel creationẽ. sed generatio non incipit ꝑ creationẽ: cum sit successiua. ergo generatio generat. Respondet q generatio generat seipsa ⁊ nõ alia ipsam generationẽ terminante. ⁊ illud nõ est ꝓtra ꝯclusionẽ. Et qñ Arest. dicit. ij. de gene. Idem nõ gignit seipm: ipse intelligit in genere cause efficientz̃. sed generatio generatur seipa in genere cause formalis.

Arguit secundo. Generatio vnius est corruptio alterius. ij. de generatiõe. et impossibile est corruptionẽ sine generatioe esse ⁊ econtra. vt patet inductiue. ergo adhuc vna generatio terminat aliã. et ꝑ ꝯsequens generatiõis est generatio. Respondet q hoc argumentũ tantũ querit Vtrum corruptio generet. Ad quod dr q corruptio generet: q: incipit. eius ẽ ꝯ incẽptio nõ est terminꝰ ad quẽ generationis sed potius forma substantialis vnꝰ generationis nõ est alia generatio.

Arguit vltimo. Alteratio est generatio qualitatis ⁊ ista terminat generatione substãtiali: imo alteratio fit ꝓpter generationẽ. ergo generatio est terminus ad quẽ ipsi⁹ alteratiõis que etiam est generatio. Respõdetur ꝓmo q alteratio hic nõ sit generatio. q: fit mentio de generatione substãtiali. Secundo dr q successio generatiõis nõ est terminus ad quẽ successiõis alterationis. q: argumentũ ꝓbaret vez: qm̃ impossibile est generationẽ substantialẽ fieri sine ꝓmixta alteratione. vnde totalis generatio includit ipsam alterationẽ: licet aliq̃lis alteratio partialis sit ꝓcedens ipsam generationem ista scz que disponit materiã vt sit apta ꝑ forma introducenda.

Questio vii

Vtz ad vnitatẽ motus suffi/ciat vnitas mobilis cẽporis ⁊ termini ad quem.

Notandũ ꝑ introductione ꝑsentis questionis q Aresto. in secũdo tractatu huiꝰ ãnti ꝓcipaliter tractat de vnitate ipsi⁹ motus quõ videlicet mot⁹ dicat vnus genere specie ⁊ nũero. vt infra latius. Tandẽ ꝯcludit q ad hoc vt motus sit vnus et idem in numero requirunt trria. scz q sit vnũ ⁊ idem mobile: idem cẽpus: ⁊ idem terminus ad quẽ. Pro q̃ est sciendũ q sicut idem dicat trib⁹ modis genere specie ⁊ nũero: sic etiam vnum. Illi ergo motus dicunt vnꝰ motus genere quoꝝ termi/nus ad quẽ põt significari ꝑ aliq̃d genus pdicamentale. vt omnes motꝰ locales sunt ad locum: omnes alterationes ad qualitatẽ. vnde oẽs alterationes sunt vnus motus genere. simiℓr omnes motus locales. Secundo. Illi mo/

tus dicuñ vnus motus in specie quoꝝ termini ad quem significañ per spe=
ciem specialissimā alicuius ꝓdicamenti. Vel sic: quoꝝ termini ad quez sunt
eiusdem speciei specialissime. vt oēs calefactiones: omnes nigrefactiones:
omnes motꝰ locales sursum. Tercio z ad ꝓpositū Ista motus sunt vnꝰ mo=
tus in numero q̄ habent idem mobile in numero: eundem terminū ad quez
et fiunt in eodem tempore. Vnde sicut terminus ad quem denominat mo=
tum alteri motui ꝓtariū: ita etiam denoiat ipm vnū genere specie et nūero
cum alio motu. licet semp duo motus sint vnus genere z similr specie: tamē
nō solum nisi motus vnus in sua essentia z q̄ditate dicañ vnus nūero. Eius
ꝙ vnitas cognoscañ a posteriori ex trib⁹. scz si est in eodē mobili: si tēpus non
interrūpit: z si suus terminus ad quē est vnus. Primo ergo requirit vnitas
ipsius mobilis scz q̄ ipse motus nō habeat nisi vnū subiectū. Secūdo req̄rit
vnitas termini ad quem siue dispositionis scz quando est ad vnum terminū
ad quem. vnde si lapis cadens deorsum in medio sui motus frangeret ita q̄
vna pars lapidis caderet versus dextrum alia versus sinistruz: nō esset vnus
motus. quia hic sunt duo mobilia z duo termini ad quos. Item motus re=
flexionis non est vnus. quia habet duos terminos ad quos: scilrem loquen=
do de toto motu. Tercio requirit vnitas z identitas tpis id est continuatio
tpis scz q̄ tempus non interrūpañ. vnde si aqua calefieret z iterū frigefieret:
et tandem calefieret: non esset vna calefactio. quia calefactio non est cōtinua
ta per totum z idem tēpus. Illam ergo vnitatem motus cognoscimus per
extrinseca. scz ꝑ mobile tempus z terminū ad quem que nō sunt ꝑtes ipsius
motꝰ neq̄ de sua essentia: licet dicañ magis intrinseca motui q̄ motor z spa=
ciū siue tempus. Vnde fm Arestotelē a pncipio quinti phīsicoꝝ. quinq̄ ne=
cessario ocurrunt in omni motu. scz motor: tempus siue spaciū in quo fit mo
tus z illa dicuñ extrinseca. etiā requirit mobile: terminus ad quem siue di=
spositio sub qua mobile mouetur: et tertminus a quo. et ista dicuñ magis
intrinseca motui. Vnde cū terminus ad quē motū denoiat. iij. z. v. huius. et
ꝓtinuitas motꝰ nō pōt interrumpi nisi per tempus scz in quo mobile a mo=
tu quiescit. ideo si motus debet esse vnus z ꝓtinuus: necessario requirit vni=
tas mobilis: vnitas siue continuitas tpis: z vnitas termini ad quem. Vnō
fm Arestotelē in isto tractatu vnitas motus est ex sua continuitate. Ex quo
infert Primo. De q̄nto motus est magis cōtinuus scz sine interruptione tē=
poris: de tanto plus dicit vnus. Secundo. De quāto motus est pfectior: de
tanto plus dicit vnus. Tercio. Motus regularis magis dicit vnus q̄ irre
gularis quia est continuus. Hijs premissis

Respondetur ad questionem. Ad hoc q̄ motus sit vnus et
idem in numero tria necessario requirunt. scz vnitas mobilis: vnitas tēpo=
ris: z identitas siue vnitas termini ad quē. Probat auctoritate Arest. in capi
tulo secūdo secundi tractatus sic dicēns. Tria em sunt fm numerū circa que
dicimus motum vnum quod in quo z quando. Ratione. Illa requiruntur
ad vnitatē motus que possunt motū interrumpere z discōtinuare. sed tria ꝑ
dicta sunt huiusmodi. quia si mobile variat z multiplicat: etiam multiplica
tur motus: cum sit eius accidens. et sic duo mobilia duos efficiunt motus.
Ita etiaz si mobile ad tēpus quiescit z ad tempus mouet fit interruptio tē=
poris: ideo requirit tēporis vnitas z ꝓtinuitas. Item si duo sunt termini ad
quem necesse est duo mobilia esse nisi in motu reflexionis. z ꝑ ꝙseqns etiam

requirit vnus terminus ad quem. et ꝑdicta tria etiam sufficiunt ad vnitatem motus.

Sed diceres, Quid requirit ad hoc vt duo motꝰ sint vnus motus in specie: an sufficiat ꝙ eorum termini ad quē sint eiusdem speciei specialissime. Respondet ꝙ ꝓmo requiritur illud quod dictum est iam. Secundo requirit ꝙ in talibꝫ motibꝫ sit idem modus ꝓcedendi. z illa duo sufficiūt. omnes motus em̄ sursum per lineam rectam sunt eiusdem speciei. z sic motus naturalis z violentus sunt eiusdez speciei. vt motus ignis z lapidis sursum. Si ergo vnus esset per lineam curuam z alius per lineaz rectam: essent diuersarum speciez; ex quo non adest idem modus ꝓcedēdi. Ita etiam duo motus deorsum quoꝝz vnus est velox et alius tardus sunt eiusdem speciei. quia velox et tardum sunt differentie accidentales ipsius motus. et sic non variant speciem. viij. metha. Ex illis sequitur Primo ꝙ non requiritur vnitas mobilis ad motus eiusdem speciei. q; lapis z terra differūt specie. z tm̄ eorum motus deorsum sunt eiusdem speciei. Secūdo nō requirit vnitas motoris. quia forma ignis mouet ignem sursum z ꝓficiens mouet lapidem sursum: z tamen isti motus sunt eiusdem speciei. Ita etiam declaretur de alijs scz tempore z termino ad quem.

Arguit primo, Unitas motus non est ex vnitate mobilis: temporis: z termini ad quem. quia illa tria vt ꝓius concessum est nō sunt de essentia motus sed extrinseca in veritate. ergo motus est vnus ex sua essentia et non in respectu ad ista tria. quia ex quo motus per se est ens etiam ꝑ se est vnus. vnum em̄ et ens cōuertunt. iij. metha. Respondetur ꝓcedendo totuz ꝙ motus sit vnus ex sua essentia scz quando vna pars successionis fluit continue ab alia sine interruptione. Et ista dicit vnitas ipsius motus intrinseca essentialis siue a ꝓriori: quoniaz motus habet esse distinctum a mobili tēpore et termino ad quem. Ideo circumscriptis oibus hijs adhuc esset vnus Sed quia quidditates rerum latent nos: ex septimo metha. ideo nos cognoscimus suam vnitatem a posteriori penes vnitatem mobilis temporis z termini ad quem. et per consequens questio querit quare motus dicatur vnus et quomodo cognoscatur esse vnus. et respondetur ꝙ ex vnitate ꝓioꝝ triū.

Arguitur secundo, Etiam requiritur vnitas motoris quia Aristoteles. viij. Phisicoꝝ assignans causam quare motus ꝓiectionis nō sit vnus: dicit. ꝙ ibi sint diuersi motores. Respondetur ꝙ Aristoteles loquitur de diuersis motoribus vbi vnus succedit alterum in mouendo. diuersi enim motores simul mouentes mobile non impediunt vnitatem motus. quia motus celi est vnus: ex Aristotele. viij. phisicoꝝ. z tamē diuersi motores ipsum mouent scz coniunctus z separatus ſm cōmentatorez. xij. metha. Ita etiam sex equi trahentes nauim simul faciunt z causant vnum motum in naui si non quiescerent.

Arguit vltimo, Sufficit vnitas mobilis, quia ad numeo rationem subiecti numerat eius accidēs. ḡ si subiectū est vnū motꝰ erit vnꝰ. Item si canis deorsum cadens in medio motꝰ obiret tūc est idē mobile. ḋa eadem materia prima cui inheret motus. ergo etiā idē motus: quod falsum

videt. Respondet ad ꝓmum q̄ vez arguit quo ad vnitatē intrinsecā motus de qua supra dictū est. Secundo dr q̄ auctoritas infinitas patiat instantias si in rigore ꝟboꝝ ipsam accipimus. vnū em̄ subiectū multa habet accidētia. Ad secundū dr q̄ sit vnus mot⁹ q: est vnū subiectum cui inheret motus qui est continuus z ex sua essentia siue a priori vnus.

Questio VIII

Vtz motus cōtrarietur mo

tui z etiā quieti z vna ꝗes contrariet alteri. Aristoteles in vltimo et tercio tractatu huius ꝗnti tria ꝓncipaliter facit. Primo determinat de ꝟtrarietate motuū quō videlicz vnus mot⁹ sit ꝟtrarius alteri Concludēs q̄ sola ꝟtrarietas terminoꝝ ad quos ipsoꝝ motuū non sufficit vt mot⁹ sint contrarij. sed etiā requirit ꝟtrarietas terminoꝝ a q̄b⁹. z illud ꝓbat inductiue de speciebus ipsius motus. Illud tñ debet intelligi de speciebꝫ motuū ꝓfecte cōtrarijs. q: supra ꝓbatū est q̄ ad ꝟtrarietatē motuū requirit imo sufficit sola ꝟtrarietas terminoꝝ ad quos. vt frigefactio z calefactio fm oēs ꝟtrariant: licz sint a te pidtate q̄ est termin⁹ a q̄ amboꝝ motuū. ita etiam de multis alijs. Secūdo declarat quō motus etiā ꝟtrariet quieti et ꝗetes inter se. vt latius infra. sup istis ergo mouet ꝓesens questio. Tercio dicit q̄ in q̄libet specie ipsi⁹ motus reperitur motus naturalis z violent⁹ sup quo mouebit questio vltima illius quinti Phisicoꝝ.

Notandū primo q̄ vnus motus cōtrariat alteri id est ali

que species motus inter se sunt ꝟtrarie scz ratione suoꝝ terminoꝝ ad q̄s qui ꝟtrariant vt augmentatio z diminutio. frigefactio z calefactio. albefactio et nigrefactio. sanatio z egrefactio. mot⁹ ignis z motus eiusdem deorsum. imo motus ignis sursum z motus terre deorsum fm Arest. hic ꝟtrariant. Unō patet q̄ ꝓma ꝑs q̄stionis nō querit nisi an res que est motus sit ꝟtraria huic alteri rei q̄ est mot⁹. q: semp esset falsa: cum mot⁹ nihil sit aliud q̄ successio vt patuit. iij. Phisi. sed vna successio nō est ꝟtraria alteri. ideo mot⁹ non dicunt cōtrarij fm suā essentiā sed fm denominationē id est fm terminos ad quos ipsos denominantes.

Notandū secūdo q̄ quies in ꝓposito non capitur concreti

ue ꝓ re ꝗescēte. q: alꝫ idem esset sibi ipsi ꝟtrariū: et q̄ mobile ꝗescit sub termi

no ad quē z etiā sub termino a q̄ quieuit. Necꝫ accipit ꝓuatiue ꝓut est ca

rentia mot⁹ in subiecto apto nato moueri q: sic nihil est vñ nō ꝟtrariat alijs Sed quies accipit ꝑ dispositione sub qua mobile quiescit ante vel post mo

tū. accidentia em̄ nature ꝑmanēt. dicunt methaphorice ꝗetes: eoq̄ res q̄dā

modo sub eis ꝗescit. vt paries sub albedine. tabula sub nigredine. aq̄ sub fri

giditate. z sic de similibꝫ. Unde mens q̄stionis est: motus et dispositio sub q̄

mobile quieuit scz in termino a q̄: similr dispositio sub qua mobile quiescet post motum inter se ꝟtrariant: similiter ipse dispositiones. quia nō ꝑnt simul et semel esse in eodem subiecto sed successiue. Hec aūt est natura cōtrarioꝝ vt dispositio loci deorsum in qua lapis ꝗescit et dispositio loci sursum in qua lapis sursum ꝓiectus quiesceret sunt due quietes z inter se contrariantur. Similiter ꝗescere in termino a quo ꝟtrariat quiescere in termino ad quem. id est breuiter: terminus a quo et ad quem immediati et extrinseci sunt con

trarij.

Conclusio ad mentem Aresto. Motus non solum est contrarius alteri motui sed etiã quieti tã in termino a quo q̃ in termino ad quẽ Similiter quies in termino a quo ꝛ ḋes in termino ad quẽ ꝓtrariant. Ista ꝛclusio patet auctoritate Arest. hic dicentẽ. Cũ aũt motui nõ soluz videtur esse motus ꝓtrari⁹: verũ etiam quies. Ratione tali. Illa sunt ꝓtraria vt supra visum est q̃ nõ possunt simul ꝛ semel idẽ subiectũ scz hoc aliq̃d denominare sed successiue, sed sic est de motu ꝛ ḋete ꝛ de ḋete in termino a quo ꝛ de ḋete in termino ad quẽ. vt patz inductiue. Quomodo aũt ꝛ quare vnus mot⁹ sit cõtrarius alteri visum est supra in q̃stione q̃rta hui⁹ q̃nti Phisicoꝝ.

Arguit primo. Motus contrariatur motui ergo nõ est cõtrarius quieti. quia tm vnuz vni est contrariũ. j. celi. Respondet ꝙ Arest. ibi in primo celi intelligit de ꝓtrarietate ꝓprissime dicta que scz habet fieri inter qualitates maxime gradualiter distantes Hic ꝓ capit large. vnde octauo phisicoꝝ dr̃: Non oportet turbari ꝙ idẽ erit pluribꝫ cõtrariũ vt motus et statio. Et cõmentator ibidẽ. Non est inconueniens ꝙ idem sit pluribꝫ contrariũ diuersis modis. Est tm̃ verus cõtrarietas fm Arest. hic potior est inter mot⁹ q̃ quietes. q: magis motus est cõtrarius motui q̃ ḋeti. Vnde fm Arest. cõtrarietas quietũ est ꝓpter ꝓtrarietatẽ motuũ: imo ex contrarietate ipsoꝝ est contrarietas quietum. quia motus inter terminos contrarios sunt cõtrarij ergo etiam quietes.

Arguit secundo. Motus non contrariat quieti in termio a quo ꝛ ad quem. q: alꝫ ꝓtrariũ esset in suis contrarijs: exquo omne qđ mouetur ptim est in termino a quo ꝛ partim in termino ad quem. imo mot⁹ est medium inter suos terminos. v. huius. Respondet ꝙ mediũ bene potest cõtrariari ambobus extremis large: non aũt ꝓprie sicut ꝓbat argumentum.

Arguit tercio. Motus non cõtrariat quieti in termino ad quem. q: motus tendit ad terminũ ad quẽ. imo mobile si est mot⁹ naturalis ipsum appetit: ꝛ sic appeteret suum cõtrariũ. sed Cõtraria sunt sibi inuicem corruptiua. j. Phisicoꝝ. Respondet ꝙ mot⁹ non ꝓtriat termino ad quẽ ꝓ prie sicut ꝓbat argumentũ. sed large. Vltimo queritur

Questio ix

Vtruz in qualibet specie motus sit dabilis motus naturalis ꝛ violentus. vt generatio naturalis ꝛ violẽta. corruptio naturalis ꝛ violenta. ꝛ sic de aliꝫ speciebꝫ motus. Et sic in ꝓposito motus capitur large.

violentũ

Notandũ primo. Violentum fm Aresto. tercio ethicoꝝ̃, est cuius principiũ est ab extra. vnde dicit. Violentũ est cuius principiũ tale ab extra tale existit in quo agens vel patiens nihil confert. Ibidem. Violẽtum est id cuius ꝓncipiũ est externũ nihil conferente illo cui vis affert. Vnd applicando ad motũ. Motus dr̃ violentus qui fit a principio extrinseco passo id est mobili nõ ꝓferente vim vt motus lapidis sursum. Unde duo requirunt ad motum violentũ. Primo ꝙ fiat a principio extrinseco scz qđ nihil sit mobilis neq; pars neq; accidens conueniens ipsi forme substãtiali. Secũdo ꝙ mobile id est totum compositũ conferat vim id est habeat naturalẽ incli-

Many violent

nationem ad talem motum: ita q̄ nō resistat. z sic respectu materie p̄me nullus motus est violentus. quia ipsa est indifferens ad omnē motum z semper cōfert vim. Similiter respectu forme acq̄rende p talem motū nullus motus est violent⁹. sed solum respectu ipsius mobilis et medij: similiter forme q̄ per talem motum abijcit. Est etiam ver̄ q̄ q̄ncūq; mobile resistit motui iste est sibi violentus. vt si pluma impetuose flaret sursum: ibi motus sursum est violentus. similiter si asser magno impetu p̄cipitaret deorsum ita q̄ non tam cito descēdisset si nō fuisset p̄cipitatus: etiā motus deorsum esset violētus. Patz igitur q̄ motus alicui⁹ grauis deorsum potest esse violētus: z alicuius lenis sursum pariter. Et oppositō iste motus dicit Naturalis qui fit a p̄ncipio intrinseco scz forma substantiali sic q̄ passum nō resistat huic motui vt motus lapidis deorsum. et sic motus naturalis z violētus accipiunt̄ p̄p̄rie. et mag⁹ istos cognoscimus in motu locali q̄ in alijs motib⁹. q: in istis successionē nō p̄cipimus nisi q: terminus ad quem est p̄ductus. secus de motu locali. Secundo aūt modo accipiunt̄ imp:o p̄rie siue large vt motus naturalis dicat q̄ fit fm o:dinem causar̄ naturaliū id est qui fit tpe soluto fm ꝓsuetum cursum nature. vt generatio flor̄ in estate. generatio violar̄ in vere. generatio pomor̄ z casus eor̄undē in autumno. co:ruptio senis: est naturalis. Motus aūt violentus est q̄ fit tēpore insoluto z incōsueto vt generatio florum in hieme: co:ruptio iuuenis. Et hoc modo loquit Aresto. hic de naturali et violento: oicens illud naturale quod est fm naturaz id est fm ꝓsuetum cursum nature et illud est violentum quod est extra naturam id est p̄ter consuetum cursum nature.

Conclusio p:ima, Omnis augmentatio similiter generatio sunt naturales: sicut omnis diminutio et co:ruptio sunt violente. Alteratio ꝓo aliqua est naturalis vt frigefactio aque: aliq̄ violenta vt aque calefactio. ita motus localis est naturalis z violentus: capiendo naturale z violentum p̄mo modo. De alteratione z motu locali p se patet. similiter de augmentatione z generatiōe. q: terminus extrinsecus ad quē scz forma z similiter materia nō resistunt huic motui. Sed q̄ co:ruptio z diminutio sint violente p̄bar̄. quia terminus ad quem extrinsecus motum denomiat. v. huius. sed forma que co:rumpit vel diminuit resistit huic motui. q: omne ens mundi diligit se p̄manere z resistit ipsi non esse. igit z̄.

Conclusio secunda ad mentem Aresto. Capiendo naturale et violentum secundo modo: in qualibet specie motus reperiunt̄ motus naturales z violenti. Hec ꝓclusio est exp:esse de mente Arest. in textu qui p:obat ipsam inductiue de omnib⁹ speciēb⁹: dicens Si extra naturā sit idem qō insuetū z fm naturam idem qō naturale: tunc dant̄ generationes z co:ruptiones naturales z violente. Generatio em̄ flor̄ in estate est naturalis: in hieme aūt violenta. Co:ruptio senis est naturalis quia cōsueta. sed iuuenis violenta quia non ita consueta. Item augmentatio iuuenis est naturalis si non fit nimis repente. sed post infirmitatē est violenta. Item alteratio vt saratio in diebus creticis est violenta. sed in diebus non creticis est naturalis. Crisis em̄ est iu dicīū in quo actor scz natura accusat reum id est morbū tanq̄ inimicū z nocentem hostem: z adducit testes scz accidentia z signa. quia infirmus est pallidus z capilli sibi decidunt z nasus acuit̄. z sic de alijs. Iudex ꝓo scz medicus fm q̄ testes id est ista signa dicunt z significant fert sentē

tiam talem. quia eger bene habebit si signa salte bona apparuerint: aut male si mala sunt. Unde dies cretica talis dies iudicialis appellat in q̄ aut actor id est natura aut reus id est morbus vincet: in quo die homines raro sanant licet incipiat q̄ ibi sanitas. De motu ꝙ̄o locali res est plena expientijs.

Arguit primo, Corruptio semp est naturalis. ꝙ̄a dicit Aresto. corruptionem esse dulcem. Respondet q̄ Aresto. loquit de corruptione vbi corruptibile suam ꝓdum durauit: illa eīm est dulcis in respectu ad corruptibile quod diutius posset ꝑmanere. sicut bois iuuenis mors est violenta sed senis est naturalis in respectu.

Arguitur secundo, Perpetuus est motus, viij, phisicoꝝ. ergo nullus motus est naturalis z violentus. quia nullum violentum est ꝑpetuum. j. celi. Respondet q̄ Aresto. hic loquit de motu in nūero et non in specie. modo nullum violentum in numero est ꝑpetuū. licet ꝑpetuū sit aliq̄d violentum in specie.

Arguit vltimo, Omnis generatio est violenta, quia in oī generatione substātiali corrumpit forma p̄cedens que resistit sue corruptioni. ergo. Respondetur q̄ in omni generatione etiam concurrit motus violētus scz corruptio forme p̄cedentis. z illud, ꝓbat argumentū. Ipsa ꝙ̄o generatio non dicitur motus respectu illi⁹ forme sed respectu forme acquirende. Et conclusio habet locum de motibus horum inferioꝝ. quia in motu locali celi nullus est violentus. j. celi et mundi. Et tantum de libro quinto Phisicorum.

Finit liber quintus Phisicoꝝ.
Sequit liber sextus.

J autem est continuū

et quod tangit. Iste est liber sextus phisicoꝝ aristotelis in quo determiat de ptib⁹ integralib⁹ suis q̄ntitatis ip̄ius motus an sint diuisibiles vl indiuisibiles. ⁊ tria p̄incipaliter facit fm q̄ totus liber tres p̄tinet tractatus. Jn p̄mo ꝓbat q̄ nullū p̄tinuū componit ex indiuisibilib⁹. et rat̄oes sue ponunt infra Jn secūdo tractatu declarat quō motus diuidat in suas ptes q̄ntitatiuas ⁊ essentiales. Jn tercio recitat opinionē zenonis ꝺ motu locali et ip̄am improbat. Sup̄ p̄mo ergo tractatu mouet talis questio

Questio I

Vtrum linea vel aliud continuum componat ex punctis indiuisibilib⁹ sibiuicē immediatis ⁊ primis

Notandū p̄mo q̄ punctū ꝓprie. sez indiuisibile fm Arestotelē. v. metha. est res omnino indiuisibilis habēs positōem in continuo. s. p̄manente. fm Euclidē Punctū est cuius pars nō est. id ē quod est indiuisibile. Et debz addi. habens positōnem in cōtinuo p̄manente. q⁹ alias quodlibz indiuisibile esset p̄ctus. quod est falsum ꝓprie loquēdo de p̄ctis. Illud autē dicit habere positōem in cōtinuo qꝺ est in certa pte ip̄ius cōtinui siue linee. vt p̄mū ⁊ vltimū punctū que termināt ip̄am lineā. Et notāter addit p̄manente. ibi innuitur differētia inter punctū instans ⁊ momētū. q⁹ punctū est indiuisibile in cōtinuo qꝺ est nature p̄manentis. Jnstans est indiuisibile in tempore. Momentū ꝺo quod alias dicit mutatū esse est p̄mū et vltimū indiuisibile ī motu. Est tn̄ vez q̄ de illis trib⁹ est eadem ratiō. q⁹ sicut p̄cta termināt lineam ita instantia termināt tēpus ⁊ momēta motū. Vnde ꝓbat q̄ sit p̄ctum indiuisibile in linea etiā habet q̄ instans est in tpe. et momētū in motu quia sicut totū continuū ⁊ motus mensurant tpe ita etiā punctus et momētum mensurant instanti. ex quo tēpus motus et mobile seinuicē consequuntur. sexto ⁊ tercio phisicoꝝ. Punctū ḡ indiuisibile appellat fm alios punctū aristotelicū. Secūdo punctū capit improp̄e siue methaphorice vel in respectu. sez quod est minimū quo ad visum: vel in respectu maximi. ita capitur ab aristotele in. ij. celi dicente Terra est p̄ctus firmamēti. et illud ꝺ: p̄ctū diuisibile. vel fm alios viridanicū. ⁊ p̄cludubio ista fm omnes ponunt. p̄cta ꝺo indiuisibilia imaginant triplicia in quolibet p̄tinuo. Aliqua sunt terminantia sez que termināt continuū. vt prima et vltima pars indiuisibil⁹ in linea dicunt puncta terminātia. Alia dicunt continuantia. sez que continuant partē cōtinui cū pte. Vnde Arest. in p̄dicamentis. Continuū est cuius p̄tes copulant ad terminū hoc ē punctū cōmunes duab⁹ ptib⁹. id ē q̄ p̄tinuat vnam partē cum alia. Alia autē dicunt p̄cta ꝺponētia. s. ex q̄bus p̄tinuus componit tanq̄ ex suis ptib⁹ et in quas resolueret si resolueret p impossibile. Omne tn̄ punctū cōtinuās est cōponēs. sil⁹ omne punctū terminās est cōponens sed nō ecōtra. quia punctum p̄tinuans nō est terminās nec⁹ terminans est continuans.

Secundo notandū ex quo sensus questionis est facilis q⁹

nō ḡrit aliud nisi: an ī linea vel alio cōtinuo sint quedā partes indiuisibiles simpliciter que ipam lineā termināt vel ex quibus ipa cōponeret vbi vnuꝫ punctū esset immediatū z primū alteri. Est autē difficilis q̄ ad ꝯclusionem z hui⁹ materie diffinitōem sufficientē. Jdeo ponenk due opiniones ꝑgnantes. Prima opinio est exp̄sse aresto. in hoc sexto et. iij. phisic. ꝯmētatoꝝ Marsilij wiridani Occan z ipoꝝ parisiensiū qui ꝯcorditer tenent q̄ in nullo ꝯtinuo sint puncta indiuisibilia ex quib⁹ ipm componeret. Probak autoꝝ ta te aresto. vj. huius dicentis. Jmpossibile est ex indiuisibilib⁹ esse aliq̄ cōtinuū vt lineam esse ex pūctis. Et ibidē. Non cōponik tēpus ex ipis nūc indiuisibilib⁹ sicut nec alia magnitudo vlla. Et. iij. phisicoꝝ. Jpm nūc nulla pars tp̄is est neq̄ pūcta sunt ptes linee. Jbidem. Neq̄ linea punctū excedit. id ē est maior. neq̄ ex pūctis componik. Prima ratio z est Aresto. hic in textu. si cōtinuū esset diuisibile in indiuisibilia tunc ista indiuisibilia essent simul q̄ primo cōtigua et immediata. q̄ est impossibile. Antecedens patz q̄ eadem sunt principia resolutōis et ꝓpositōis. iij. et. vj. phisicoꝝ. Sed q̄ sit impossibile q̄ cōtigua sunt quoꝝ vltima sunt simul. sed indiuisibilia nō habent vltima. q̄ vt sic essent diuisibilia et haberent ꝓncipiū medii z vltimuꝫ Secunda ratio etiā aresto telis. Continuū est diuisibile in semp diuisibilia. iij. phisicoꝝ. si ergo continuū cōponeret ex indiuisibilib⁹ tūc deueniret ad ptes indiuisibiles. et sic nō esset diuisibile in semp diuisibilia. Tercia ratio est aresto. et sui ꝯmētatoris. Jnter quecunq̄ diuisibilia est medium eiusdē rationis. et sic punctus ꝓtiguak cum puncto: quod est impossibile. imo haberet vltima quod etiā est impossibile. q̄ sm cōmentatorē indiuisibilia nō diuidūtur neq̄ habent vltima. Jdeo aresto. reputat ꝓ impossibili q̄ punctus tangat punctū. vel vnū indiuisibile sit contignū et primū alteri. Unde dicit in textu. At vero neq̄ cō sequenter inerit pūctus puncto aut ipm nunc ipi nūc vt ex hijs sit longitudo z tēpus. Jdem. Ultima punctoꝝ nō sunt vnū neq̄ simul neq̄ continua neq̄ se tāgentia. Et. ij. posterioꝝ. Neq̄ pūcta sunt adinuicē copulata neq̄ facta. vtraq̄ em indiuisibilia sunt. Quarta ratio z est ipius Marsilij. si cōtinuū cōponeret ex punctis indiuisibilib⁹ tūc nō omne totum esset maius sua pte q̄ est ꝺ principiū mathematicoꝝ. si em punct⁹ eet pars continui et q̄ nullius est quātitatis. totū nō erit maius neq̄ min⁹ pūcto. Quinta. sit linea quinq̄ punctoꝝ sup qua moueank duo mobilia eq̄liter vnū contra aliud tūc in puncto medio ꝯueniēt. qui si est medi⁹ erit diuisibil z sic indiuisibile fieret diuisibile: quod est impossibile. Sexta. sequeret q̄ nihil posset condensari aut fieret vacuū. quia ponat linea duodecim pūctoꝝ sm quā fiat condensatio: tūc post condensatōem habet tot partes quot habuit ante z easdē. sed cū punctus nō occupet locum nō occupat minorē locū q̄ antea. et per cōsequens nō est cōdensatio facta. aut si est facta ek per admixtionē vacui facta. q̄ est impossibile. Jtem in parua linea essent tot pūcta quot in magna. et tot essent puncta in circulo minori quot in maiori q̄ est falsum. q̄ protraherenk due linee a punctis contiguis maioris circuli ad centrum p circulū minorem quero an ille due linee pertrāseant vnū punctū in minori circulo vel duo. Non primum quia tunc vnū punctū indiuisibile coexisteret duabus lineis. Jmmo pari ratōne si centū traherentur linee vsq̄ ad centrū omniū circuloꝝ tunc vnus pūctus coexisteret omnibus illis. quod est impossibile. Non secundū quia tūc a simili si centū minores circuli.

fierent sub maiori circulo semp due linee transirent per duo puncta. z p con
sequens non possent venire ad centrū ex quo nunc̄ appropinquaret. Sep
tima ratio. Omnis linea est diuisibilis in duo equalia fm mathematicos.
sed si sit linea tredecim punctorū ista nō potest diuidi in duas partes eq̄les
Octaua ratio. si linea componeret ex punctis indiuisibilibus: vel ista essent
finita vel infinita. Non primū: quia puncta finita nō faciunt extensionē. et
sic non esset magna. Non secundū: quia linea esset infinite extensa. Immo
nō posset reddi ratio quare nō quelibet pars linee esset tanta sicut tota: ex
quo in qualibet parte sunt infinita puncta. Nona ratio. Si linea compo
neretur ex punctis indiuisibilib⁹ et infinitis: vel illa essent magna vel mul
ta. Non primum: quia linea esset actu infinite extensiōis ex quo infinite par
tes quante faciunt totū infinitū. Non secundū: quia esset actu infinita mul
titudo contra Aristotelē tercio phisicor. Decima ratio. si puncta essent in
diuisibilia: vel illa essent substātie vel accidentia. Si substantie tūc vel for
ma materia vel totū ꝓpositū: qd est falsū. Nō accidentia: q: essent extēsa ad
extensionem sui subiecti. z sic essent diuisibilia.

Opinio secūda huic directe cōtraria quā theologica pietas veram et nō fictam a nobis creditā tenet. Q⁹ continuū siue linea compona
tur ex punctis indiuisibilib⁹. Et nisi pietas fidei hoc iuberet: esset propleu
ma neutrū puncta in linea esse diuisibilia vel indiuisibilia. Ista ergo opi
nio a multis sustinetur. Et ꝓ eius defensione supponit aliqua. Prima
suppositio. Aristoteles posuit in multis locis puncta siue etiam instātia in
diuisibilia. Dicit em̄ tercio celi. Pūctus est indiuisibilis nullam recipiens
diuisionem. Et primo de generatiōe. Punctū est res nullius quantitatis.
Et quinto methaphisice. Punctū est res omnino indiuisibilis habens po
sitiōnem in cōtinuo. Et primo phisicorū. Punctus qui est terminus indiui
sibilis non est infinitus. tercio de anima. Punctū anima et omnis indiui
sio demonstrat sicut priuatio. Et quarto phisicorū. Locus est diuisibilis:
punctum autem indiuisibile. Et sexto huius. Punctum autem est indiui
sibile. Et tercio de anima. Punctum est vnitas habens positiōnem in con
tinuo. quia vnitas est indiuisibilis. Et quo dicit Aristoteles. xi. metaphi
sice. Vnum et multa opponunt sicut diuisibile et indiuisibile. Item cōmen
tator quinto phisicorū. Punctum z vnitas est indiuisibilis. Idem quarto
huius. Non sequitur ex hoc q instans est principiū et finis vt sit diuisibile.
Idem. Aliquod est quod nec est finitum nec infinitum vt punctus. Idem
super quarto phisicorū. Punctum et instans non sunt partes eorum quia
sunt indiuisibilia. Et Euclides. Punctum est cuius pars non est. Nec va
let si oppenēs diceret q iste autoritates intelligant conditionaliter. scilicz si
puncta indiuisibilia. quia sic omnes autoritates Aristotelis limitari pos
sent. immo in omnibus opinionib⁹ quo ad autoritates euadere possemus.

Secunda suppositio. Puncta finita nullā faciunt extēsionē. Probatur
per Aristotelē primo de generatōne dicentem. Si omnes pncti componū
tur nullam faciūt magnitudinē. Et Auctor: sex principiorū. Punctus pun
cto compositus nihil auget. Item si centum indiuisibilia coniungerentur
non faciunt quantū. Pari ratione si essent mille. et per consequēs puncta
finita nullam faciunt extensionē. Indiuisibile em̄ additum diuisibili vel in

diuisibili non reddit ipm extensius. Tercia suppositio. Quacunq; parte quanta in continuo vel linea assignata: in ea sunt infinita puncta indiuisibilia. quia in quolibet continuo sunt infinite partes: et ipsum est diuisibile in semper diuisibilia. tercio phisicoꝝ. Hijs suppositis sit hec

Conclusio. In cōtinuo siue linea sunt ponēda puncta indiuisibilia: et sunt inuicem imediata proxima et continuantia et componentia et a fortiori terminantia. Prima pars patet per Arestotelē primo posteriorū dicentem. Substantia linee est ex punctis. Et primo de anima. Puncta in omnibus corporibus sunt et infinita sunt. Ibidem. Impossibile est separari puncta et absoluta corporib⁹. Item quarto phisicoꝝ. Punctum est principiū vnius partis linee et finis alterius. Item quarto phisicoꝝ. Puncta sunt fines linee. et puncta sunt in linea: quia fines sunt in eo cuius sunt fines. Ratione tali probat: quia puncta indiuisibilia sunt per primā suppositōnem. ergo sunt in continuo. quia punctum habet positōnem in cōtinuo. ḡnto methaphisice. Immo omne quod est: aut est per se existens indiuisibile fm Arestotelem. vt prima intelligentia z secūda. aut est continuum aut pars continui. vt patet inductiue. Sed punctum nō est deus vel angelus. ergo est in continuo. Res autē artificiales licz non sint continuū tamē componunt ex continuis. Alia ratio. nisi in linea essent puncta indiuisibilia: deus non posset pfecte diuidere lineam in omnes suas partes. Vnde potētia dei esset exhausta. Ponatur em̄ q; diuidat continuum in omnes suas partes: vt suppono ex tertio phisicoꝝ circa finem. tūc si partes sunt vltra diuisibiles nō perfecte diuisit. Alia ratio. Linea est terminata fm omnes. ergo si perfecte terminatur: terminat aliquo indiuisibili. Tenet consequentia: quia terminus est indiuisibilis. ḡnto methaphisice. Et sic daretur linea que non terminaret simpliciter. ex quo ille terminus fm aduersarium esset adhuc diuisibilis in infinitas partes. Secunda pars probatur sciliczq; puncta sint sibi inuicē immediata. quia linea terminatur aliquo puncto per primā conclusionē. Separet ergo per aliquam potentiā ille punctus et queratur an linea adhuc terminetur puncto vel non. Si primū habet pro positum. Si secundū: tūc linea erit infinita in quantitate quia esset quantum non terminatū. Alia ratio z est theologoꝝ. Nisi puncta siue instantia essent immediata daretur instans vel tēpus in consecratōne hostie in q̄ nō esset panis neq; corpus dominicū: quod est falsum. quia fide credimus q; ista trāssubstantiatio fiat in instanti. Q; sequeret quia pro vltimo instanti esse ipius panis panis est: et immediate post hoc non erit. z nisi illud instans sequeretur immediate: primū instans esse corporis dominici esset instans vel tēpus inter illa duo instantia in quo nō esset panis neq; corp⁹ domini. Ideo ista conclusio est principaliter theologoꝝ cum iste ratōnes sint theologice. Sunt quedam alie ratōnes istam conclusionē probantes tamen quia nō ligant ad presens dimittuntur. Volens autē istam opinionem sustinere respondeat ad autoritatē arestotelicā q; ante ipm Arestotelem Plato et Democritus tenuerūt fm doctrinam mathematicoꝝ q; puncta sint in linea et terminantia et componentia. Illos autē arestoteles reprobare curauit vt in oibus suis libris clare patet eum esse reprehensorem suoꝝ priorū. Ideo si ratōnes Aresto. soluuntur autoritas non ligat.

Ad ꝓmã rationẽ dicit: ꝓcedendo ꝙ puncta essent sibi inuicẽ imediata nec hoc est inconueniens. licet vnũ punctũ ꝓprie nõ tangat aliud: quia hoc est impossibile vt ꝓbat ista ratio. ex quo solum quantũ pot tãgere quantũ tactu ꝓprio siue physico. sed dicunt se tangere tactu methaphorico. Immo est dicendum ꝙ nullũ punctũ in linea potest ꝓprie assignari nisi in extremitatib⁹ linee vt latius infra. Ad secundã rationẽ est dicendũ: cõcedendo ꝙ ꝓtinuum sit diuisibile in semp diuisibilia. quia impossibile est ꝙ assignet pars aliq̃ in continuo que nõ sit diuisibilis in infinitũ. vnde nunc̃ per potẽtiã naturalẽ quã Aresti. tenuit deueniri pot ad puncta indiuisibilia. Ad terciam rationẽ dr sicut ad ꝓmã: qm̃ ratio procedit de tactu reali et physico. sicut em̃ vnum instãs succedit alteri: ita ad imaginationẽ vnũ punctũ in linea que est longa tm̃ sequitur aliud. Est tm̃ verũ ꝙ in rei veritate inter q̃libet duo pũcta ad sensum assignata mediant infinita alia puncta. Ideo ꝓprie nullum punctũ indiuisibile taliter potest assignari nisi ad imaginationem in linea que est longa tm̃ quo modo mathematici imaginant. Ad quartã rationẽ respondet ꝙ omne totum est maius sua parte quanta: alꝫ principiũ esset falsum. quia totus homo non est maior sua anima: cũ talis sit indiuisibilis ⁊ nulli⁹ quantitatis. Vel secundo dr: omne totum est maius id est plures habet ptes quãtas c̃p sua ps

Ad quintam ⁊ sextã dr ꝙ ex punctis finitis non ꝓstituit linea vel aliq̃ quantitas vt patuit ex secunda suppositione: ideo supponunt falsum ⁊ impossibile. sed admisso vno inconuenienti sequunt plura. J. phisi. Ad aliud aũt de circulo maioris et minoris est dicendũ ꝙ non plura sunt puncta indiuisibilia in circulo maioris c̃p minoris: imo in tota linea non sunt plura puncta c̃p in decima eius pte: ex q̃ in qualibet sunt infinita. sed infinito non est maius vel minus plus vel minus. Etiam admisso casu est consequenter dicendũ ꝙ due linee tracte a duobus punctis contiguis circuli maioris transeant etiam per duo puncta contigua in omnibus circulis minoribus. quia duo puncta nullam faciunt distantiã nec̃ extensionem. Ad septimaz dicit: procedendo principium mathematicoꝝ. sed non est dabilis linea ex punctis finitis vt supra patuit. Ad octauã respondet ꝙ linea componit ex infinitis punctis. ⁊ ratio procedit si iste infinite partes essent infinite magne: ita ꝙ quelibet pars esset magna. et consequenter dicit ꝙ ideo vna pars linee est maior alia quia plures habet partes quantas c̃p alia. Ad nonam rationẽ dicitur ꝙ linea componitur ex infinitis punctis in multitudine. et est actu infinita multitudo rerũ non separataꝝ etiam magnarum: licet non in eodem continuo. Et Aresti. iij. physicoꝝ vult ꝙ non detur infinitus numerus. Ad vltimam rationem dicitur ꝙ puncta semp sunt substantie. Instantia ꝓ⁹ ⁊ mutata esse siue momenta sunt accidentia. ⁊ sicut punctum est indiuisibile ita etiam instans siue momentum sibi correspondens aut sibi inherens. Ex illis ergo omnib⁹ patet Primo ꝙ continuum componitur ex punctis indiuisibilib⁹ ⁊ cum hoc tenendo ꝙ continuum sit diuisibile in semper diuisibilia. Secundo ꝙ puncta in linea possunt imaginari et esse sibi inuicem ꝓxima ⁊ immediata licet actu aliter assignari non possint. Tercio ꝙ in linea actu sunt puncta indiuisibilia. Ex quo ita c̃p obtulit se materia de punctis que potius essz methaphisicalis. ideo ꝓ⁹ vtrisq̃ opinionib⁹ declarandis querit ꝓsequenter

Questio II

Vtrum lōgitudo latitudo et

ꝓfunditas diſtinguant realiſ in eodem coꝛpe. hoc est q̄rere. Vtꝝ res possit actu esse longa ita ꝙ nō sit lata et ꝓfunda. Si em̄ ſcā opinio supꝛa recitata est vera tūc adminus ſm imaginatōem mathematicoꝝ linea pōt esse lōga tm̄ dicēte Euclide. Linea est longitudo sine latitudine et ꝓfunditate. Superficies est lōga et lata sine ꝓfunditate. Coꝛpus ꝯo est longū latū ⁊ ꝓfunduꝫ Et de isto habebit⁹ secūdo ⁊ tercio phisicoꝝ. vbi fit mentio de figura et linea. Sed q̄ actualiter nullū dat coꝛpus aut aliqō quantū quod tm̄ essꝫ lōgum vel tm̄ latum et longū. ideo ꝓsens questio de isto querit.

Notandū ꝓmo ꝙ coꝛpus est duplex, sꝫ vt in substantia et in quātitate. Coꝛpus ꝓut est genus in substātia est res ꝯposita ex matia ⁊ foꝛma. vt lapis hō pūctualis si esset. Aliud est coꝛpus vt est genꝰ in q̄ntitate. et est res longa lata ⁊ ꝓfunda. vt matia ꝓma est coꝛpus in q̄ntitate ⁊ nō in substantia. q̄ est substātia simplex ⁊ nō ꝯposita ex matia ⁊ foꝛma. Vnde nō omne coꝛpus in q̄ntitate est coꝛpus in substātia nec̄ ecōtra. q̄ homo pūctualis si esset: esset coꝛpus in substātia et nō in q̄ntitate. Mathematici ꝓmuniter accipiūt coꝛpus secūdo mō sed phisici ꝓmo modo. ⁊ apud mathematicos coꝛpus: q̄ntitas: dimēsio magnitudo extēsio conuertunt⁹ ⁊ differūt sola ratōe. Est ergo dimēsio nihil aliud c̄ꝫ quātitas siue magnitudo in q̄ntum rem ipam mensurat ⁊ terminat. Et sic non solū extēsio est ꝓpria quantitatis siue magnitudinis sed etiā dimēsio. q̄ autē mēsura quedā est certa quedā incerta. ita dimensio est duplex. quedā dicit terminata sꝫ q̄ actualiſ certe ipm coꝛpus terminat ⁊ mēsurat vt pedalitas bipedalitas. Vel ſm alios est passio accidental' consequēs imediate terminatōem quantitatis. Et dicitur accidētal' nō ꝙ sit accidēs q̄ntitatis alias accidentis essꝫ accidēs. sed dicit accidental' q̄ nō est de essentia q̄ntitatꝫ ꝙ sit pedalis vl' tripedal'. Alia dimensio ꝺr interminata. ſ. q̄ actualiſ nō certā habꝫ mensuram siue termiationē. Vel sic. est passio essential' imediate sequens essentiā q̄ntitatis. vt longitudo latitudo et ꝓfunditas. q̄ modo loquiſ ꝓmētaꝺr. Dimēsiones sꝫ interminate ab eterno fuerūt in matia ꝓma. Licꝫ autē pedalitas vel tripedalitas nihil sit aliud c̄ꝫ q̄ntitas siue dimēsio. sicut etiā longitudo est quantitas ⁊ ecōtra. tm̄ ſm nostꝝ modū imaginādi pedalitas ⁊ silis mēsura dicūtur accidētales quantitati. q̄ q̄ntitas potest esse sine pedalitate et nō econtra. Longitudo ꝯo latitudo et ꝓfunditas dicunt⁹ essentiales quātitati ⁊ dimensioni. q̄ impossibile est quantitatē esse sine hūs aut vna earꝫ. ⁊ ecōtra impossibile est longitudinē esse sine quātitate. q̄ est q̄ntitas met. Vn̄ tres sūt species magnitudis siue dimēsionis. sꝫ longitudo latitudo et ꝓfunditas. q̄rum quelibꝫ sumiſ a duabꝫ speciebꝫ loci. Species ꝯo loci ſm aresto. iij. phisicoꝝ sūt sex differentie positionū simt sex. sꝫ sursum deoꝛsum. ⁊ ab illis sumiſ longitudo rei. dextrū sinistꝝ et ab illis sumiſ latitudo. ante retro ⁊ ab illis sumiſ ꝓfunditas. Vnde ad illas ser differētias loci trahunt⁹ tres dyametri in eodem pūcto ꝓpendiculariter se intersecātes. tūc Longitudo est dyameter ꝓtracta a sursuꝫ ad deoꝛsum. Latitudo est dyameter ꝓtracta a dextro ad sinistrū. Profunditas est linea siue dyameter ꝓtracta ab ante ⁊ retro. Vt autem facilius ꝺr differentie positionū in rebus animatis ⁊ inanimatꝫ intel-

ligantur breuiter p illud cursitandū venit.

Notandū igitur secūdo q̄ ille sex differentie positionū sūt in rebus dupliciter. Primo ex natura ipius rei tūc scz quādo ipa res in diuersis suis partib⁹ diuersas habet potētias. et sic omnes reperiunt in aialib⁹ Sursum em̄ est in aiali vbi est principiū nutritionis. scz circa os. z ps opposita est deorsum. Dextrū est in illa pte vbi est principiū motus localis. oms em̄ frequenter ad motū sumus ꝓniores in dextra q̄ sinistra. Pars aūt illi opposita dicit sinistra. Ante est in illa parte vbi magis viget virtus sensitiua. in parte em̄ anteriori oēs sensus pl⁹ sunt q̄ in posteriori. Pars illi opposita dicit retro. In plantis aūt et herbis solum reperiunt sursum z deorsuz ex natura sua. q; sursum dicit vbi est principiū nutritōis vt in radice. sed rami et folia sunt deorsum. Et nō sequitur si rusticus legens poma caderet ꝺ arboze q̄ cadceret sursum liez radix sit sursuz et ad ipam cadat. q; cadere sursum est cadere a centro mūdi. et p consequens rusticus cadendo de arboze cadit deorsum quia ad centrū. Secūdo ille sex differētie positionū reperiūtur in rebus quo ad nos. scz q; illa pars in ipis est dextra que respicit nr̄am dextram. et illa est ante que respicit partē nostram anteriorem. z sic de alijs. Vnde illa pars que iam est dextra poterit post hoc fieri sinistra. Sic vero ñ est in animalib⁹. q; siue homo iaceat cadat sedeat aut incuruet semp caput est sursum et deorsum circa pedes. Et sic reperiunt ille differentie positōnū in rebus inanimatis vt lapidib⁹ lignis ꝛc. Sursum est penes elementa leuia. deorsum ꝑ⁹ elementa grauia. Sed diceres quō in celo accipit sursum deorsum ante et retro dextrū z sinistrū. an ex natura sua vel q̄ ad nos. Respondet q̄ ex natura ipius celi. dextrū em̄ est ea pars vbi sol oritur. hic em̄ iudicamus solē incipe motū. et pars opposita dicit sinistrū. scz occidens Sursum est polus antarcticus. deorsum polus arcticus. Medium celi est ante. angulus noctis siue pars opposita retro. Et ꝓmentator ꝓ illius mēoria ponit. ij. celi talem imaginatōem. q̄ Adlas vir magnus sustentās celuz ne cadat habet caput suū in polo antarctico. et extendit pedes versus polū arcticū. manum dextrā in orientē z sinistrā in occidentē. vertit faciez versus meridiem siue mediū celi z deorsum ad angulū noctis. De ista tñ questione diffusius quere in secūdo celi.

Rñdet ad q̄stionē. longitudo latitudo z ꝓfunditas in eadē re q̄nta nō distinguūt realit̄ sed solū rōe. Probat. q; oē corpus hz tres dimēsiōes ideo est longū latū et ꝓfundū. Cū nō dat res q̄ sit longa et nō lata nec q̄ ꝓfunda. Jte lōgitudo latitudo sit. ꝓfunditas sunt dimēsio q̄ sunt extēsio Sed in extēsiōe q̄libz dyameter imaginata pōt dici lōgitudo latitudo vl' profunditas sed alia z alia rōe. q; si trahit a sursum ad deorsum ꝺ lōgitudo. si a dextro ad sinistrū ꝺ latitudo. si ab ante ad retro ꝓfunditas.

Arguitur ꝓio. questio est falsa. pbat q; lōgitudo hois nō est sua latitudo aut ꝓfunditas cū sit ꝓtra oēs experientiā. q; hō est lōgior q̄ latior. Rñdet q̄ cōis mod⁹ loq̄ndi attēdit rōem formalē dimēsionū: nō autez materialē de q̄ procedit q̄stio. Jta etiā dicat de isto argumēto. nos mēsuram⁹ pānū vel q̄d aliud fm lōgitudinē. z si lōgitudo ē latitudo z ꝓfunditas tūc etiam mēsuram⁹ ipm fm latū z ꝓfunditatē. qđ ē falsū. Dicit em̄ q̄ pbat distinctōez formalē siue aliā et aliā denoiatōez vni⁹ dyameteri q̄ alteri⁹. dyameter em̄ q̄ sūcūcūq; ꝓtracta est latitudo vel lōgitudo aliter ꝑo denominat.

Arguitur secūdo, longitudo pōt augeri et crescere, et latitudo pōt diminui, ḡ distinguunt. vt patet in cera q̄ fit oblonga. Respondeꝛ ad illud sicut ad pmū q dyameter sursum ante aut retro ptracta est lōgitudo nō tm taliter denoiat formaliter

Arguitur tercio p diffinitōem linee quā dat euclides dicēs Linea est lōgitudo sine latitudine ⁊ pfunditate, ḡ distinguūt. Itez seqreꝛ q pedale fieret bipedale vl cētupedale. q sit arboꝛ in latitudine bipdeal ⁊ fm longitudinē cētupedal. nūc si sua latitudo ē lōgitudo pedale erit cētupedale. Rndeꝛ breuiter q mēs questiōis est. Dyameter in aliq̄ corpe ꝛsus quācūq̄ partē ptracta est longitudo in re. similiter latitudo ⁊ pfunditas. q ꝛsideramus tres dyametros ⁊ vnāquāq̄ sub rōe. q esset linea ptracta exp̄ctis indiuisibilib⁹. nō tm dicitur lōgitudo nisi ptrahat a sursum ad deorsum. neq̄ denominat latitudo nisi ptrahat a dextro ad sinistr. ⁊ h vult diffinitio lōgitudinis latitudinis ⁊ pfunditatis. ⁊ sic patet solutio pdictoꝝ.

Questio III

Utruꝝ aliqua sit mutatio instātanea siue indiuisibil. Conseqnt nota q Aresl. i tractatu. ij. hui⁹ sexti. pbat q ipm nūc ē indiuisibile. q est finis pteriti ⁊ pncipiū futuri, ḡ nō pōt esse diuisibile. q fm se totū est finis ⁊ pncipiū. imo dicit q ptes tpis nō ꝓtinuant nisi p nunc. Ex hoc infert Arest. q in nūc nihil mouet. q tūc vnus mot⁹ est velocior in minori q̄ nunc. qō est impossibile. Itē in nūc nihil quiescit. Ideo quer. an tamē aliq̄ mutatio siue aliquis motus fiat in nunc siue in instanti.

Notādū pmo q indiuisibile capit duplicit, large ⁊ stricte. Prio large ⁊ duplicit. Prio, p illo qō naturalit nō pōt frāgi scindi vl diuidi. ⁊ sic dicim⁹ celū indiuisibile ⁊ iscissibile. celi. q nō pōt p naturā frāgi aut diuidi. Scōo, p illo qō si vltra diuideret fieret inuisibile aut insensibile. vt sunt minima i natura sic corpa athomalia. Alio mō capit ꝓprie et stricte. ⁊ itez dupliciter. Primo ē res oīno indiuisibil nō habēs positōez in ꝓtinuo id ē p se subsistēs vt deꝰ angel⁹ aīa. Scōo ē res oīno indiuisibil habēs positōem siue ⁊ tū in cōtinuo. vt punctus in linea. nūc in tpe siue instans ⁊ mutatū esse in motu. Mutatio ergo est duplex. Aliqua dicit successiua siue tēporalis scilicz cuius vna pars succedit alteri cōtinue. et nihil aliud est q̄ motꝰ. Ulī Arest. mixtim vtitur illis terminis motꝰ et mutatio ponēs vnū p alio. Alia dr mutatio instātanea vl indiuisibil et pmo ꝓprie q fit in instāti omnino indiuisibili ⁊ nō p ptē pꝰ ptē. vt creatio aīe. annihilatio. trāssubstantiatio infusio gre. que omnes mutatōes fm fidē nostrā fiunt in instāti. Scōo ipo ꝓprie. s. q fit i tpe imperceptibili a nob. qm sensus nō cogscit aut percipit nisi diuisibile et q̄ntū. Sic loquit Aresto. ij. de aīa. Illuminatio medij fit in instāti et decimo ethicoꝝ. Delectatio ⁊ gustus fiūt i instanti. Illa tm mutatio potiꝰ diceret repētina q fit repēte ⁊ cito. Ita etiā loquit arest. in de sensu ⁊ sensato dicēs. Cōtingit aūt totā aquā ꝓgelari sil sz q̄tū esz pcisse rōe cōgelantis si ipm esset sufficienter applicatū oibus partibus aque.

Respondeꝛ fm mentē arestotelis, nulla est mutatio in instā

ti ꝓprie siue omnino indiuisibil'. Ista ꝯclusio ꝓbatur auctoritate aresto. hic i textu dicetis. Q; autē nihil in ipo nunc mouet manifestū est ex hys. Sz idē est moueri et mutari ſm Aresto. iij. phisicoꝝ. Ire omneqꝫ mutat ꝓ mē in termino a quo et partim in termino ad quem. sexto huius. Similiter ante omne mutari est mutatum esse. sexto huius. Concluſit ergo Aresto reles tio habet ꝓtes coꝛrespōdentes ꝓtibus ipius ꝛpis. vnde et ipa mutatio diui sibilis est in partes ꝓores et posteriores. licz sepe mutatio aliq̄ ꝓter sui paruitatem nō ꝓcipiat a sensu nostro. Et Alexander peripateticus iridē uolui ꝙ omes trāsmutatōes fiūt in ꝛpe. licz quādoqꝫ ꝓter debilitatem sensus nostri aliter iudicemus. licz cōmentatoꝛ sol⁹ volens esse honoꝛificus eū reprehendat dicēs. Et in hoc ꝓtradicit famoso suo magistro Aresto teli. Ipe tamen male eū reprehendit ſm viā pḃoꝝ cū neget creatōem mundi ꝛ fidem.

Sed diceres ꝓimo, ex quo ſm naturales nulla mutatio fit in instanti an supnaturaliter fieri possit. Respondeꝫ ꝙ sic. vt creatio angeli. anie. creatio mūdi ſm sanctū Augustinū. annihilatio gratie. trāsubstantiatio ꝛc. Secūdo an ꝓductio rei indiuisibilis possit fieri successiue. Respōdeꝫ ꝙ nō imo implicat ꝯtradictōnem. q; sequit bene. hec res est indiuisibilis et ꝓducit. ergo sua ꝓductio est indiuisibil'. q; nisi sic ꝓductio ante ꝛ post ipam rem indiuisibilē esset frustra. et ex alia ꝑte si ꝓductio est successiua necesse est ꝙ res cui talis coꝛrndet sit diuisibilis ꝛ habeat ꝑtes quaꝝ una ꝓducaꝫ post aliam. Est tn̄ verꝫ ꝙ nō iplicat rem diuisibilē posse ꝓduci in instāti. Tercio an implicet ꝯtradictōem motū fieri in instanti. Rndeꝫ ꝙ sic. quia mot⁹ sub ratōe ꝛ ꝓpria essentia est successiuus. habet eñ motus ꝑtes ꝓores et posteriores que nō possunt simul esse. quia successiuū dicit cui repugnat suas ꝑtes habere simul sed essentia motus est successio

Arguitur contra cōclusionē auctoritate cōmentatoris sexto huius dicetis. Quedā sunt mutatōes indiuisibiles que fiūt in non ꝛpe. Et ratōe tali ꝓbaꝫ. Mutatio inter ꝯtradictoꝛia fit in instanti erq̄ ꝯtradictōis nullum est mediū. sed generatio est mediū inter esse et nō esse ꝙ ꝯtradicunt. ergo generatio fit in instanti. Respondeꝫ ad auctoritatē ꝙ alique sunt mutatōes q̄ fiunt in nō tēpore quo ad sensum nostꝝ. q; nō ꝓcipim⁹ ipam generatōem nisi quia res est generata. Ad ratōem dicit ꝙ generatio ꝓprie nō est inter contradictoꝛia. quia argumētū verū ꝓbaret vt patet de creatōe. Sed dicit ꝓgressio de nō esse cōpleto ad esse completū ꝛ ista nō ꝯtradicit

Questio III

Vtꝝ instans in transmutati

one instātanea poti⁹ debeat attribui passioni posteriori ꝙm ꝑti. Pro questionis introductōe que magis curiosa ꝛ subtilis ꝙm vtilis ꝛ ad ꝓpiam experimentalē deseruiens est Nota ꝙ ipa mouet incidentaliter. q; Aresto. nullaꝫ posuit transmutatōem instantaneā. vt supra ꝛclusum est. Dicit tn̄ in tractatu secūdo huius sexti ꝙ res que mutat ꝓmo qn̄ mutata est est. et ante in ānto phisicoꝝ suppoſuit ꝙ res quādo generat tūc nō est. ideo placuit multis i ꝓposito videre de ꝛpe seu instanti inceptōis ꝛ desitionis rei. Pro quo noꝛandū est ꝓmo q; obtulit se materia de instanti siue nūc quod idem est. ꝙ



Phisicoꝝ vi Questio iiii

nunc est nihil aliud nisi ꝑsens instans indiuisibile in tpe imaginatum quod fm mentē Aresto. ꝛtinuat ꝓteritū ꝛ futurū. Unde dicit. iij. phisi. Nunc cō ꝛtinuat tēpus ꝓteritū ꝛ futuꝝ. Et ibidē. Ipsum nunc principiū ꝛ finis est sed non eiusdē. scz ꝓteriti q̄dem finis: futuri aūt ꝓncipiuꝫ. Et sic est indiuisibile. quia si haberet ptes tūc vna esset ꝓterita ꝛ alia futura ꝛ sic esset ꝓteritū ꝛ futuꝝ. Unde dicit. vj. huiꝰ. Nihil mouet in ipso necꝫ quiescit: diuideret enim ipm nunc. Et. iij. phisi. Instans est numerus eius qđ transferr nō diuisibilis sed indiuisibilis sicut vnitas respectu numeri. De ista opinīe videt fuisse Auicēna in scđo sue methaphisice: dicens. Sicut punctus suo fluxu causat lineā: ita instans tēpus. ꝛ hoc est vez fm imaginationē mathematicoꝝ. Pater ꝯ primo q̄ opinio ista est falsa que dicit nunc esse ꝑmum mobile. q̄ omne quod est fuit ꝛ erit esse in codē nunc ꝛ instanti quod est incōueniens. Est tū verum q̄ Aresto. voluit q̄ Nunc sit quedam entitas distincta a mobili motu ꝛ tpe ꝛtinuativa ꝑtium tpis. ꝛ impossibile est tēpus esse sine nunc ꝛ econtra. iij. Phisi. Cōmuniter tn̄ tenet q̄ nunc siue instans sit ps tpis sicut punctus linee Sed diceres. Tn̄ quelibet ps tpis est tempus. iij. huiꝰ. sed instans non est tēpus. ergo non est ps tpis. Secundo. Idem est instās in numero in toto tpe. iij. phisi. Tercio Instans est numerus translati: sed tempus translationis fm Aresto. Respondeꝫ ad ꝑmū q̄ libet pars quāta tēporis est tēpus. Ad secundū respondeꝫ q̄ idem est instans in toto tpe ꝛ in qualibet eius parte fm imaginationē mathematicā. scz quia suo fluxu causat tēpus. Vel dr fm Egidiū q̄ instans extrinsecū scz ꝑmū mobile in quo fundat tempus ꝛ ꝓ ꝓsequens instantia est in toto tpe fm aliud ꝛ aliud esse. non aūt instans formaliter de quo antea dictū est. Ad tercium respondeꝫ q̄ sic intelligit: sicut tempus mensurat motum successiuum ita instans est mēsura eius quod fertur id est fm q̄ mutatuꝫ est. quando em̄ mobile cessauit moueri tūc mutatū est. Unde illud mutatum esse mensurat instans.

Notandum secundo. Exquo res incipiunt et desinunt subtile est scire instans siue inceptionis ꝛ desitiōis. Ideo duo sunt instantia inceptionis siue ꝓ quibꝫ res incipiūt. ꝛ duo desitiōis. Aliter em̄ res diuisibilis ꝛ indiuisibilis desinit ꝛ incipit: aliter res successiua: ꝛ aliter res ꝑmanens. Primū instans esse est ꝓ q̄ res iam est sed imediate añ hoc nō fuit. ꝛ ꝓ illo instanti incipiūt ꝓprie res indiuisibiles vt ania et res ꝑmanētes quo ad esse cōpletum. Ultimuꝫ instans non esse est: ꝓ quo res iam nō est sed imediate post hoc erit. ꝛ ꝓ illo instanti incipit motꝰ. Alia duo sunt instantia desitionis. scz Ultimū instans esse. ꝛ est: ꝓ quo iam res est sed imediate post hoc non erit et ita desinūt res indiuisibiles similiter ꝑmanētes ꝛ successiue. Primū instās non esse est: ꝓ quo iam res non est sed imediate ante hoc fuit. et ita desinūt res successiue ꝛ pariter ꝑmanentes. Res ꝯo indiuisibiles incipiunt ꝑ prima duo instantia et desinunt per vltima duo instantia. Rei aūt ꝑmanētis ꝓprie dar primū instans esse ꝛ primū instans non esse. Horus ꝯo dar vltimū instans non esse ꝛ vltimū instans esse. Sed diceres. Ꝓ quo instanti incipit presens instans cum iam sit ꝛ antea non fuerit. Respondetur q̄ non incipit alio instanti a seipso distincto. quia sic esset ꝓcessus in infinitum. sed incipit seipso instanti quod est primum instans esse quia incipit ꝛ non ꝓ alio instanti ꝙ seipso.

Notandum tercio ꝓ titulo questionis q̄ instans trāsimu-

rationis est finis vel principium ipsius generationis vel alterius transmuta-
tionis. Passio aūt in ꝓposito est terminus a quo vel ad quem in trāsmuta-
tione: hac ratione. q: quando res transmutat tunc q̄dāmodo patit. Passio
ergo p̄or in inceptiōe est vltimū instans non esse. sed posterior est p̄mū instās
esse q: esse acquirit z est terminus ad quē q̄ posterior est non esse. In desitiōe
ꝥo passio p̄ior est esse siue vltimū instans esse z posterior est non esse siue p̄i-
mū instans non esse. Vnde cū questio solum querat de mutatione instanta-
nea aut indiuisibili tantū querit An in creatione vel alia mutatiōe indiuisi-
bili instans eiusdem transmutatiōis tunc sit primo q̄n terminus ad quez si-
ue res creata est. Exempli gratia: sint duo instantia que sibi inuicē succedūt
et creetur angelus in secundo instanti: quērit q̄stio An ista creatio tūc sit q̄n
angelus ꝓ secundo instanti creatus est z non in p̄mo neq; tercio subsequen-
ti. Et licet questio solū querat de mutatione indiuisibili: tamē p̄t applicari
etiam ad generationē z corruptionē z tantū quereret An res quādo generat
vel corrūpit sit vel nō sit. Ideo ponent due ꝯclusiones.

Prima conclusio. Res successiua quādo generatur vel cor-
rumpit tunc est: fm omnes. Vnde instans transmutationis motus attribu-
itur passioni posteriori scz esse in inceptiōe. sed in desitione attribuit passioni
p̄riori scz esse. Si ꝥo est res p̄manens tunc fm viridanū generat et corrum-
pit quādo non est. quia illud non est cuius ptes non sunt. Scōm Marsilū
ꝥo quando est fm esse incompletū. Tamen p:o ꝯcordia dicit conclusiue res
p̄manens quando generat vel corrumpit: tunc est fm esse incōpletum z non
est fm esse perfectum z completum.

Conclusio secunda et principalis. Instans in trāsmutatio-
ne instantanea in inceptiōe attribuit passioni posteriori scz esse. in desitiōe ꝥo
passioni p̄riori scz esse. id est: res indiuisibilis quādo incipit vel desinit: semp
est. Probat aut:itate Aresto. in hoc sexto dicentis Res aūt semp posterio-
ris passionis est. Et cōmentato:. Instans dign⁹ est attribui passioni poste-
riori q̄ passioni p̄cedenti: z hoc in inceptione. Ratione. p̄bat. quia si res indi-
uisibilis transmutat. vel ergo est: z habet ꝓpositum. aut non est: et sic nō trās-
mutatur: cum sua transmutatio sit indiuisibilis z co:respōdeat ipsi rei indi-
uisibili que incipit vel desinit. Item. Iustum est omnia a fine denominari. ū.
de ania. sed terminus ad quē in acquisitiuis qui est passio posterior est finis.
ergo tota mutatio indiuisibilis debet denoiari a posteriori passione: et hoc
in acquisitiuis. Sed diceres An mutatio indiuisibilis sit res met mutata
vt vtrū creatio angeli sit angelus met creatus. Respōdet. si sunt mutatio-
nes indiuisibiles in rez natura ipse nō sunt res que transmutant nisi impro
p̄rie: q̄n sicut est de motu ita etiam de mutatiōe indiuisibili siue mutato esse
quia in motu sunt mutata esse sicut in linea puncta. sed ista mutata esse sunt
indiuisibiles mutationes. ergo patet antecedēs. sed motus non est suus ter-
minus ad quē: neq; mobile. vt alteratio non est qualitas que acquirit vt pro
batum est. iij. z. v. phisi. sufficienter. ergo mutatio indiuisibilis non est res q̄
transmutat. Vnde vt illud intelligat: sit p̄esens instans in quo creat angel-
us vel aliud indiuisibile. tunc q: angelus incipit est necesse q̄ p aliqualē trās-
mutationē incipiat. sed cum instans sit indiuisibile et res que mutat: necesse
est q̄ ista mutatio illis co:respondens sit indiuisibilis: q̄n sicut tempus mē-
surat motū: ita instans mensurat mutationem indiuisibilem. Et si dicit: tūc

erit ꝓcessus in infinitum quia ista mutatio indiuisibilis etiã mutabit ⁊ illa cõsequenter. Est dicendũ: q̃ non sequit. q: generatio nõ generabit nec aliq̃ mutatio mutabit: alia mutatione ab ea distincta. v. phisicoꝝ.

Arguit ꝓmo, Omnis res que incipit per transmutationẽ q̃ incipit tũc nõ est. quia q̃d fit nõ est. v. phisicoꝝ. ⁊ ꝓ ꝙsequens scõa ꝙclusio est falsa. Respondet q̃ illa auctoritas intelligit de reb⁹ ꝑmanẽtib⁹ q̃ fiunt successiue: q̃m iste non sunt in esse cõpleto q̃n fiunt.

Arguitur secundo. Omnis mutatio magis est denominanda a termino ad quẽ q̃s a termio a q̃. v. phisicoꝝ. ergo q̃n res indiuisibilis annihilabit ⁊ desinit tunc non est. q: non esse est terminus annihilationis. Respõdet ꝓmo q̃ Aresto. loquit de motu vt in quinto. ⁊ sic generatio et corruptio non sunt motus. Secũdo dr q̃ auctoritas est vera. q: mutatio denobilabit a suo termino ad quem: non aũt res que mutabit. vt ꝓbat argumentum.

Arguit tercio. In desitione rei indiuisibilis quando res corrumpit ipsa non est. q: dicit cõmentator. Omne illud quod corrumpit est in non ente ergo debet passioni posteriori. Respondet ad auctoritatez cõmentatoris. Illud quod corrumpit dicit esse in non ente. quia tẽdit ad non esse: nõ autem ꝓprie.

Questio V

Vtrum omne quod mutatur sit diuisibile.

Pos̃q̃ Aresto. in principio secundi tractatus cõclusit Omne quod mouet vel ꝙescit: mouet ⁊ quiescit in rpe. in fine capituli ꝑmi infert hãc ꝙclusionẽ. Omne q̃d mouet ptim est in termino a q̃ ⁊ partim in termino ad quẽ. Illud em̃ q̃d mouet non est totũ in termino a quo: q: nondũ incepisset moueri. nec̃ cõplete in termino ad quẽ: q: vt sic cessasset eius motus. Cũ ergo omnis mutatio est de termino a quo in terminũ ad quẽ ⁊ omne q̃d mouet partim est in termino a q̃ et partim in termino ad quem: sequit cõclusio Aresti. Omne quod mouetur est diuisibile. quam intendit dicẽs. Q, autẽ omne necesse est diuisibile esse. q̃m aũt ex quodam in quoddam omnis mutatio est: ideo queritur Vtrũ omne q̃d mouet sit diuisibile. et idem esset q̃ri an indiuisibile moueatur ⁊c.

Notandum ꝓmo fm̃ mentem Aresto. in multis locis q̃ nullũ indiuisibile mouet ꝑ se. Posuit em̃ intelligẽtias indiuisibiles sed immobiles. vñ expresse hic. ꝓbat in textu quõ mot⁹ sit diuisibilis rõne tpis ꝙ sum mẽsurat ⁊ diuisiõe mobilis q̃d motũ fm̃ suas ptes recipit. q: mot⁹: mobile: tẽpus ꝙsimiliter se habẽt ad diuisionẽ. q̃cũq̃ em̃ vnũ coꝝ diuidit tũc alterũ eq̃liter diuidit. vt in rõnib⁹ ꝙclusionis patebit. Ideo licet Aresto. solũ loquat de motu locali vt clare eius rationes ꝓbãt: tamẽ nihilominus põt minus ꝓncipaliter q̃ri an indiuisibile moueat aliq̃ specie motus.

Cõclusio ꝓma. Nullũ indiuisibile ꝓprie generat: corrũpit augmẽtat vt diminuit nec̃ alterat. q: iste mutatiões fiũt successiue ꝑ partẽ post ptẽ vt supra ꝑ lõgũ ꝓbatũ est. q̃ subiectũ siue illud qõ hȳs mutationib⁹ trãsmutat necessario habet ptes. imo est impossibile q̃ aliq̃d indiuisibile successiue generet aut corrũpat. Alteratio aũt cũ sit de q̃litate ꝓria in ꝓriã necesse est q̃ fiat successiue. sed alteratio sp̃ ꝓcedit i generatõe: corruptõe: augmẽtatõe

simsliter diminutione ꝓprie dictis. An aũt sit possibile ꝙ aliquod indiuisibile alteretur: relinquo ad librum ꝓmum de generatiõe

Conclusio secunda ad mentem Aresto. Omne quantũ qđ mouet localiter est diuisibile. Probat ꝓ Arest. qui in hoc sexto expresse istã cõclusionẽ ꝓbat. Ratione. Omne quod mouet partim est in termino a quo z partim in termino ad quẽ. et illud sic patet: qm̃ omnis motus est de cõtrario in cõtrariũ. v. physicoꝝ. Vnde in omni motu sunt due mutatiões. Vna dicitur positiua siue abiectiua scz termini a quo. Alia acquisitiua scz termini ad quẽ vt in motu locali mobile ptem acquisiuit de vbi a quo z ptem de vbi ad quez In alteratione mobile ptez habet forme de termino a quo z ptem forme de termino ad quẽ. ergo mobile est diuisibile et ꝓ ꝙsequens omne quod mouet est diuisibile. Alia ratio. Motus diuidit ad diuisionẽ mobilis. ꝓbat Arest. quia si aliqđ mouet totaliter: etiã quelibet ps mouebit. sed motus vnius partis nõ est motus alterius ptis. g̃ motus diuidit fm ptes mobilis. Item motus nõ excedit a mobili: nec excedit mobile. ergo motus diuidit ad diuisionẽ mobilis. si em̃ motus excederet mobile tunc motus esset sine subiecto. si aũt excederet a mobili tunc aliqua ps mobilis esset sine motu. Alia ratio. Ome quod mouet localiter: primo ptransit spacium minus se: deinde sibi equale: postea ptransit spaciũ maius se. sed indiuisibili nihil est minus necꝫ maius. Vnde dicit Aresto. sexto huius. Impartibile non contingit moueri nisi per accidens.

Arguit primo. Anima mouetur localiter vt experientia docet. quia moto toto cõposito etiã ania mouet: sed ista est indiuisibilis. Itẽ angeli mouent localiter vt fide credimus. sed angeli sunt indiuisibiles etiã fm mentẽ Arest. q̃ posuit ad singulas speras intelligẽtias coassistentes. Respõdet ꝙ nullus indiuisibile ꝓ se existens mouet localiter. z sic licet ania moueat tm̃ non nisi ꝓ accidẽs scz ad motũ totius cõpositi. Immo nõ mouet ꝓ motus sibi inherentẽ. hoc vult auctor sex ꝓncipioꝝ dicens. Anima nõ mutat fm locum scz ꝓ se. necꝫ fm aliquẽ alioꝝ motuũ: nisi fortasse fm alterationẽ scz improprie dictã. Ad aliud respondet ꝙ Arest. loquit in lũine naturali. sed aliõ est ꝓ fidez dicere: aliud ꝓ rationes naturales. vnde ꝓpositiones Arest. de motu locali nõ ꝓuenũt angelis q̃ mouent localiter. Sed diceres. Tamẽ motus est accidens quantũ z diuisibile siue extensum quõ potest inherere rei indiuisibili scz angelo. Respondet ꝙ accidens quantũ z successiuũ bene potest inherere rei indiuisibili. sed nõ accidens quantũ ꝑmanens vt albedo vel frigiditas. Sunt tm̃ aliqui qui dixerunt motum non inherere angelo sed loco per quem mouet. Alij qui ꝓius accesserũt ꝙ motus inheret angelo fm mutata esse siue mutatiões indiuisibiles. Hanc tamẽ questionẽ relinquo dominis theologis.

Motus est actus

Arguit secundo. Indiuisibile vt instans in tempore generatur z incipit. ergo mouetur. et tenet cõsequentia a specie ad genus. Item anima creatur ergo mutatur z tamen est indiuisibilis. Respondet ꝙ instãs in tempore incipit per mutationem indiuisibilem z ista proprie non est generatio: de qua tamen intelligit conclusio prima. Ita etiam creatio ꝓprie non est generatio.

Arguit tercio fm ponentes puncta indiuisibilia in continuo: puncta vtiꝫ mouent z non solum localiter sed etiam alterant. q: als da-

rek materia pūctualis que staret nuda in alteratione: ex quo in quolibet pū/
cto agentis pducit pūctualis q̄litas in punctuale materiā. Itē secūdo. acci/
dentia sunt formē induisibiles z tm generank successiue et mouenk localiter.
Respondek ad pmū q̄ sicut motus quantus inheret pribꝫ quātis ipsius ꝫti
nui: ita mutata esse siue mutationes induisibiles ex q̄bꝫ infinities sumptis
fit motus co:respōdet ipsis pūctꝫ. Et dr q̄ punctus in ꝫtinuo p se nō mouek
sed solū p accidens. Ad secundū respondek q̄ accidentia dicunk formē indui/
sibiles q: nō diuidunk in partes diuersaꝝ rationū.

Questio VI

Vtruꝫ ante omne mutari sit

Hanc in questionem dicit antecessor ipse

mutatū esse et econtra. Nota q̄ Arest. in capitulo tractatus secūdi ostēdit
quō sit accipiendū primū in ipso motu. z duo facit pncipaliter. Primū. oīe
quod mutak qn̄ mutatū est est in termino ad quē. Itē dicit: illud in q̄ aliq̄d
pmo mutatū est est induisibile. id est ista entitas in q̄ aliq̄d mutatum est est
induisibilis. q: si esset diuisibilis diuidak in duas ptes. vel ḡ in vtraꝫ parte
mutatū est: et sic nō est mutatū pmo. vel est mutatū in vna parte: et sic nō p/
mo mutatū in toto. vel in neutra: z tunc non est mutatū. Secundū q̄d dicit
Non est dabile pmū mutatū esse impfectū. q: vel illud esset diuisibile aut in
diuisibile. Non secundū. q: esset mensuratuꝫ in instanti. vñ darek tēpus indi/
uisibile: imo in isto instanti fieret motus vel quies. Non pmū quia tūc diui/
derek in ptē ꝑiorem z posteriorem z in parte ꝑii prius esset mutatū. Ex hīs
infert Arest. suam ꝛclusionem principalem in capitulo quarto eiusdem que
est hec. Ante omne mutari est mutatum esse: quam p:obat tribus rationib
que infra ponenk.

Notandum primo q̄ mutari est idem quod moueri succes/
siue. sed mutatū esse est mutatio induisibilis. Est em̄ precise imaginandu
sicut in linea sunt puncta terminantia actu z ꝫtinuantia in potentia: ita etiā
in tpe sunt instantia terminantia z in motu sunt mutata esse q̄ videlicet ipm
motū actualiter terminānt: co:respōdētes directe pmo z vltimo instanti hore
que hora totalis mensurabat motū factū p totā horam. ergo sicut dictū est
